Diss. Leipzig
1914
W. Rönsch.

CUR ET QUOMODO LIBRARII VERBORUM COLLOCATIONEM IN CICERONIS ORATIONIBUS COMMUTAVERINT

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE LIPSIENSI RITE IMPETRANDOS SCRIPSIT

WILLY RÖNSCH

DRESDENSIS

WEIDAE THURINGORUM

TYPIS EXPRESSERUNT THOMAS ET HUBERT

MCMXIV

Rettulerunt ad ordinis philologos de hac dissertatione

R. Heinze et **E. Bethe.**

Lipsiae, D. XVIII. M. Septembr. A. MCMXIV.

Procancellario
Kirchner.

PATRIS MANIBUS · MATRIS AMORI

S.

Index capitum.

pag.

Praefatio 5

I. De formis verbi collocandis 6

II. De infinitivis collocandis 20

III. De genetivis collocandis 37

VI. De enuntiatis bipartitis collocandis 42

V. De adverbiis collocandis 46

VI. De adiectivis collocandis 54

Conclusio 70

Index locorum, qui uberius erant tractandi 72

„Es ist verkehrt, einer Handschrift resp. Handschriftenklasse als der einzig maßgebenden zu folgen. Nach wie vor bleibt ein vorsichtig abwägender Eklektizismus für Cicero die beste ... Methode."

(Zielinski, Philologus, Suppl. IX, 804.)

Manuscriptis nobis tradita sunt, quae veteres homines docti composuerunt. Itaque manifestum est illo saepius depingendo textum exemplaris facile potuisse corrumpi, cum lectiones in exemplari non dilucide scriptae aut a librario male intellectae falso in exempla relatae aut nonnulla verba omnino interdum omissa sint. Quae menda in omnibus fere codicibus etiam diligentius exaratis invenimus. In collocatione verborum ut codices, qui nobis ad alicuius operis textum constituendum praesto sunt, dissentiant, non fere fit nisi in illis scriptis, quorum dictio a cotidiano loquendi usu abalienat. Quid igitur mirum, quod codices, quibus Ciceronis orationes nobis traduntur, in verbis collocandis valde dissentiunt? Ex proprietate enim ipsa et Ciceroniani stili singularitate intellegendae sunt omnes fere illae verborum transpositiones ab singulis codicibus traditae atque ex peculiari stilo a Cicerone imprimis in orationibus suis adhibito, qui in certis quibusdam rebus ab stilo reliquorum scriptorum abhorret. Audiendae enim sunt orationes et semper atque idem respiciendum nobis est, aliud esse sententias legere, aliud audire. Ex oratione quam audiunt homines non omnia verba singula percipere manifestum est, sed ex sententiarum fluctibus nihil in mente haeret nisi nonnulla verba certissima. Itaque summus orator gravia sententiarum verba levioribus interpositis discernet, divídet quasi artifex umbras ab lumine. Quam artem Cicero ipse praeter ceteros exercebat et perficiebat nimirum inconsulto plerumque, uno illo consilio commotus, ut illi qui audiebant verba sua facile percipere possent, ut auctoritatem suorum verborum quam maxime amplificaret et augeret. Adde quod Ciceronis ipsius maxime interfuit sermonem esse bene numerosum, iam concedes certam uniuscuiusque verbi

collocationem conexu totius sententiae posci. Invenimus igitur in Cael. 5_{28}[1]) non, ut exspectemus, hanc simplicem verborum collocationem: ^{x}... est obiectum] adulescentem municipibus suis non probatum esse, nemini... sed hunc peculiarem ordinem: ...municipibus esse adulescentem non probatum suis, ... Tantum abest, ut Cicero dicat in Planc. 64_{11}: ...^{x}omnibus in omni officio diligentissimus visus eram, ... ut verba hoc modo disponat: omnibus eram visus in omni officio diligentissimus. Itaque Cicero persaepe segregat suo iure adiectivum a substantivo, infinitivum a forma verbi, de qua pendet etc... In eiusmodi locis transcribendis librarios facile peccare potuisse nemo neget, quos ne consulto quidem verborum ordinem commutare voluisse necesse est. Plerumque a librariis locis dubiis usitata verborum collocatio falso restituitur. Quoniam eiusmodi verborum transpositiones, simulatque in textum irrepserunt, a posterioribus, qui descripserunt, peccata cognosci vix poterant, codex quo recentior est, eo magis verborum transpositionibus plerumque scatet. Neque in vetustioribus quidem manuscriptis etiam diligenter exaratis semper genuinum verborum ordinem invenire possumus. Itaque non indignum videatur, quod quaeratur, cur et quomodo librarii verborum collocationem in Ciceronis orationibus commutaverint, num certas quasdam rationes in verbis transponendis secuti sint.

Enucleatis igitur II fere milibus locorum, quibus inter praestantiores codices dissensiones in verbis disponendis intercedant, in crebrioribus verborum transpositionibus tractandis subsistam.

I. De formis verbi collocandis.

Secundum ordinem solitum formae verbi in exeunte sententia vel enuntiato ponuntur. Quae quidem ratio interdum a Cicerone repudiatur, numeri praecipue causa:

Ph. XIV 28_{32} quando quidem virtute superavit aetatem. (non: ^{x}aet. sup. . .)
Sest. 49_{7} .. me hominem esse infitiabor umquam, .. (non: ^{x}umquam infitiabor.)
Pomp. 19_{17} a quo periculo prohibete rem publ... (non: ^{x}r. publicam prohib.)
Cl. 166_{24} quae nunc paucis (verbis) percurrit oratio mea. (non: ^{x}... mea perc.)

[1]) Prior numerus est paragraphi posterior versus editionis Oxoniensis (Clark-Peterson).

Caec. 60_8 qui praetereuntes ramum defringerent arboris; . . . (non: ×a. defr.)
Caec. 71_{23} quomodo adgrediatur iudicem, (non: ×iud. adgrediatur.)
Ph. V 35_{10} . . . more maiorum capiamus exordium. (non: ×ex ord. capiamus.)
Ph. II 110_4 . . . tu illum amas mortuum? (non: ×illum mortuum amas.)

Aliis autem locis non tam rationibus numeri peculiaris formae collocatio poscitur, quam varia gravitate, quae certis illius sententiae verbis inest. Saepe in ultimo loco ipso sententiae verba ponuntur, quae premenda sunt: Mil. 50_{13} . . . tota denique rea citaretur Etruria. Pl. 46_2 . . . officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso; . . . Cl. 34_5 cuius filium faceret heredem, eum tutorem liberis non adscr. . . . Pl. 22_{22} Omnia quae dico de Plancio dico expertus in nobis.

Saepe forma verbi interposita duo verba gravia discernuntur: Pl. 8_1 Sed hoc totum agetur alio loco; . . . Pl. 53_{18} cum tribus plerasque cum Plotio tulerit Plancius. Cl. 5_{22} vehementis habeat repentinos impetus; . . . Cl. 37_{15} et illum Asuvium appellat ipse; . . . etc.

Omnino gravissimis verbis formae verbi saepe annectuntur: Pl. 57_{20} ita levem habebit auctorem, ut . . . Cl. 18_{25} Nihil in vita vidit calamitatis Cl., nullum peric. mortis adiit, . . . Pl. 20_8 Primum igitur hic habuit studia suorum ardentia, tu tanta . . . (cf. Cl. 67_{21} Ecquam putatis civitatem . . . Pl. 19_{28} . . . numquam intellexi vehementius suorum honore laetari . . . 71_{28} At quemquam putas fuisse tam . . .)

Quibus rebus cognitis facile locis dubiis discerni potest (lectio prior semper, si non aliud additur, genuinum verborum ordinem exhibet, lectio altera depravata habetur. Locis iis, quibus contra Clark [aut Peterson] ordinem verborum teneo, aperte indico).

Pomp. 4_{13}	a duobus potent. adfertur regibus H	a d. pot. regibus infertur, cett.
S. 90_9	videndo fructum caperes maiorem quam . . .	. . . fr. maiorem caperes E
S. 2_2	quo quidem genere non uterer orationis, . . .	genere orationis non ut., eπ
V. III 97_9	paternas haberet arationes in L . . .	pat ar. haberet in L . . . O
S. 12_{26}	tamen non minus inerat auctoritatis . . .	non minus auct. in. eb
Pomp. 37_{19}	Quem enim possumus imperatorem . . .	Q. enim imp. poss. E et Schol.
V. III 29_9	Ecquem putatis decumanum . . .	Ecquem decumanum put . . . O
V. II 65_5	. . . quorum edidi nomina Metello VO	. . . quorum nomina edidi . .
Pis. 57_9	quibus tu velles finibus V	quibus tu finibus velles
S. 60_{27}	Quis hoc dixit umquam, Tπ	Quis hoc umquam dixit, . . .
Pis. 81_{13}	Neque me ille odisse potuit umquam, P	[n]umquam potuit, . . E (cett.)

Videmus igitur librarios in illis locis ipsis describendis facile peccavisse, quibus Cicero formam verbi non secundum ordinem usitatiorem in exeunte enuntiato posuit. Quod igitur suo iure Cicero in V. II 65_5 dicit haec: ... quorum edidi nomina Metello, ... nonnulli librarii falso exaraverunt si non: *quorum nomina Metello edidi, ... attamen: quorum nomina edidi Metello, ... Transposita igitur forma verbi librarii inconsulto, ut puto, simpliciorem verborum collocationem restituerunt. Sescentis locis forma verbi in exeunte sententia legitur, praebent igitur librarii nonnulli in S. 60_{27} falso: Quis hoc umquam dixit, ... cum Cicero ipse hoc loco scripserit haec: Quis hoc dixit umquam, ... Quae cum ita sint, dubito, num Clark et Peterson genuinum verborum ordinem receperint his locis:

		Clark (Pet.)
Pl. 72_{16}	At id etiam gregarii faciunt milites inviti ut ... T	greg. mil. fac. inv.
V. III 54_{18}	Nympho cum se aequo vellet iudicio defendere, V	... vellet aequo iud.
Mil. 54_{16}	uter esset insidiator, uter nihil cogit aret mali, ...	nihil mali cog. HΣ
Mil. 76_{24}	Fingi putatis haec, quae BΣ	Fingi haec putatis, H ...
Caec. 14_{18}	iam ex cotidiana cognostis vita,	ex cot. vita cognostis PTE
S. 27_8	ex summis eripuerim periculis urbem hanc	ex s. per. erip. Te.

In Pl. 102_5 omnes fere codices praebent haec: ... et pro uno filio duo patres deprecamur. Sed illi uno filio verba duo patres opponuntur; itaque mea sententia melius sec. T scribendum est: pro uno filio duo deprecamur patres[1]).

Idem valet de Agr. II 73_9, quo loco illud propugnacula imperi melius verbis oppida Italiae opponitur, si legis sec. E: ut esse non oppida Italiae, sed propugnacula viderentur imperi. Concedendum est numerum cadere melius, si tenes, ut Clark fecit, quam collocationem eok exhibent: ... propagnacula imperi viderentur. Sed non numerus solus, sed etiam vis totius sententiae ac natura est respicienda. Legas quaeso hanc sententiam totam, iam intelleges hoc loco ipso illud propugnacula imperi peculiari ordine efferendum fuisse.

Itaque haud scio, an in Agr. II 37_{26} item servare possimus ordinem illum ab E traditum: ... quod audaciae ... magna permittitur

---

[1]) Ceterum hoc loco ipso differentia est respicienda, quae inter parens et pater intercedit, l. 5: optimus obtestatur parens, ... duo deprec. patres.

potestās, . . . (cett. codd. et Clark: magna potestas permittitur.) In V. III 40_{13} Zielinski[1]) collocationem a cO prolatam praefert, cum tenet (et item Peterson): Pluris decumas vendidisti quam ceteri. V p al. exhibent haec: Pluris vendidisti decumas quam ceteri. Mea quidem sententia illud vendidisti melius verbum grave pluris sequitur. Itaque in Mil. 77_{13} legam ordinem a plerr. codd. traditum: neque tam diuturnam attulit laetitiam nec tantam. Zielinski[2]) et Clark numeri causa ordinem illum a ΣH traditum tenent: neque tam diuturnam laetitiam attulit nec tantam. Sed differentia inter numerum utriusque ordinis non est tanta, ut altera collocatio primo obtutu plane possit reici. Deinde est respiciendum facilius potuisse fieri, ut illud tam diuturnam attulit laetitiam commutaretur in tam diuturnam laetitiam attulit quam ordo ille tam diuturnam laetitiam attulit in tam diuturnam attulit laetitiam . . . Itaque mihi hoc loco HΣ collocationem depravatam exhibere videntur.

Interdum librarii in eis locis depingendis peccant, quibus Cicero formas verbi in ineunte sententia posuit, cf. enim:

Pis. 81_{14}	Habet hoc virtus TP	Hoc habet virtus
V. I 104_{23}	Faciebant omnia cum . . .	Omnia faciebant cum . . . qr
Cl. 81_{20}	Dicit accusator haec: Σa	Accusator dicit haec: Mμ

Quem ad locum Cluentianae conferendi sunt loci hi:

Caec. 46_{26}	At ego hoc dico si . . . TE	ego dico hoc: . . .
Pl. 55_{19}	neque tu haec habes neque TE	tu habes haec . . .
Cl. 21_{12}	Is heredem fecit illum . . . PΣa	is fecit heredem.

Formas verbi esse adhuc non tractatas a Cicerone simillimo modo in conexum sententias inici his ex exemplis eluceat:

Fl. 42_{3}	Caput est omnium . . . Heraclides . . . 42_{6} qui ita sit ambitiosus ut . .
V. I 155_{12}	cum esset tribunus plebis, . . .
Ph. II 18_{14}	ut non tanta mecum quanta tibi tecum esset contentio.
V. V 87_{7}	. . . navis in portu Odysseae, . . . nostra . . . classis erat in portu Pachyni.
Pomp. 36_{12}	sed multae erant artes eximiae . . .
Pl. 60_{6}	Etenim in virtute multi sunt adscensus, . . .
Ph. X 14_{26}	nostrae sunt legiones, nostra levis armatura, noster . . .
Mur. 76_{3}	hoc . . . in quo summa est dignitas non servas.
S. R. 2_{14}	in quibus summa auctoritas est atque amplitudo, . . .

---

[1]) Philologus Suppl. IX p. 783.

[2]) p. 799.

Librarii in similibus locis depingendis saepe peccaverunt:

Mil. 43_{24}	Quod caput est audaciae, ΣHE	Quod caput audaciae est,
Mil. 101_{19}	quo tandem eritis animo? BH	quo tandem animo eritis . .
Mil. 82_{14}	hoc animo semper fuimus omnes HwΣ	semper omnes fuimus
Ph. II 32_{26}	. . tamen haec summa est conclusionis meae, . .	(V.) haec est s . . cnt
Div. 64_{6}	tum illa erat causa iustissima, . . .	illa causa erat iust. G_2K
V. II 36_{13}	hi autem quidam erant adfines istius, pb . .	erant quidam Oqr
V. III 41_{21}	Magna est laus, si V M. enim est l . . p	Magna enim laus est, . . . qr
V. III 43_{10}	ratio fuit habenda . . VO	r. habenda fuit . . .
Sc. 18_{8}	. . cum quo . . sit confligendum consid. T	conflig. sit. . . . A
V. IV 6_{17}	cum hospes esset Heiorum, VDSK	cum esset hospes H. Rp . . .
Pomp. 28_{21}	. . in exercitu summi fuit imperatoris H . .	f. summi i. El[1]
C. II_{20}	quo ex genere iste est Manlius . . . αh	est ipse M.
S. 48_{12}	cum eius essem civitatis, . . .	cum eius civ. essem . . . Schol.
Dei. 22_{6}	. . . animo esset alieno	. . . esset animo alieno β
S. 9_{15}	atque una bonorum est omnium causa T	est bon. omn. c.,
Pomp. 36_{17}	Summa enim sunt omnia, . . . H	Summa enim omnia sunt,
Ph. II 2_{19}	Hoc quidem est beneficium.	Hoc qu. ben. est. In Quint.
Vat. 15_{15}	his locus est unus quem	his locus unus est . . .
Fl. 66_{3}	Hoc nimirum est illud quod	Hoc nimirum illud est, . . . c
V. III 72_{9}	Quid est hoc?	Quid hoc est? O
Caec. 53_{1}	Quid? verbis hoc satis erat cautum? TE	. . . cautum erat? Mμ
Caec. 11_{22}	quod mulieri res esset cautior, . . . Tϰ	mul. esset res cautior
Arch. 14_{7}	Sed pleni omnes sunt libri, . . .	sunt omnes libri Eeχ
Cl. 17_{17}	cuius cumquo modi sit mater Σa	. . . mater sit, . . .
C. III 29_{16}	quoniam iam est nox	q. iam nox est, bs
Caec. 21_{19}	. . . de quo erat controversia, TE	. . . controv. fuerat, . . .
Caec. 40_{24}	Hoc est periculosum, P	Hoc periculosum est, . . .
Ph. II 100_{6}	Quae tua fuit cognitio?	Quae fuit tua cogn.? cnt
Cl. 92_{9}	infestus tum pop. R. fuit C. Iunio, P	C. Iunio fuit, Mμa
Pl. 34_{3}	dolori fuit publicanis, TE	dolori publ. fuit, . . .
Pl. 44_{23}	quibus erat hic maxime notus TE	quibus hic max. n. erat . . .
Pl. 74_{5}	nonne etiam est illa testis oratio TE	etiam illa t. est or. . . .
V. III 180_{9}	si quis forte est ex ea provincia . . .	si quis est forte . . .
Font. 12_{3}	quae haec est causa, . . .	quae est haec causa . . . χ
Caec. 71_{20}	in iure nihil est eius modi, . . .	eius modi nihil est. . . . T
Cl. 21_{9}	apud cum fuit in ergastulo . . .	in ergastulo fuit
R. Post. 7_{1}	Quod si creditor est in culpa, non is Klotz	si is in c. non sit, cett. si cred. in c. sit, non is ς

Nonnulli loci separatim sunt tractandi: In S. 4_{28} dubito ordinem a T traditum habere genuinum. Habemus enim has discrepantias:

T: Non enim una ratio est defensionis ea . . .
e: Non enim est una ratio defensionis
} Non enim una est ratio def. cett.

Ordo ille et in codice T et in codice e inventus in collocationem a cett. manuscriptis propagatam recedere mihi videtur. Librarii enim falso id spectaverunt, ut substantivum ratio et adiectivum una apponerent. Itaque falso pro illo una est ratio haec tradunt: una ratio est . . . (T) . . . est una ratio . . . Optime ordine: Non enim una est ratio defensionis illud una effertur quoniam sequitur illud: omnes . . . defendunt.

Non habeo, cur in Cael. 6_{21} ordinem illum a Σ traditum repudiem: quorum in adulescentia fuit forma et species liberalis . . . qua collocatione servata illud in adulescentia quasi enuntiatum novum bene mihi efferri videtur (cett. codd. et Clark: forma et species fuit liberalis).

Omnes fere codices et papyrus[1]) in Cael. 39_{17} exhibent haec: Haec igitur est tua disciplina? . . . quam collocationem Clark haud scio, an iniuria teneat. Cuiusmodi locis Cicero numquam fere igitur est . . . dicit ut ex his exemplis eluceat: Balb. 1_5 Quae sunt igitur meae partes? Ph. III 2_{10} Quae est igitur exspectatio . . .? V. I 80_9 Quae fuit igitur causa cur . . .? Pis. 43_{25} Quae est igitur poena . . .? (= 44_{22}) V. I 142_{17} Quod est igitur remedium?

Non invenimus igitur est, nisi locis his:

S. R. 36_6 Quid igitur est? Non . . .[2])

Pl. 16_8 Quomodo igitur est aequius? (non: ˣ. . . est igitur aequius?[3])

Dom. 72_{21} Quando ĭgĭtŭr ēst tūrpĕ? [L 1^1 Ziel.] {(non: ˣ. . . ēst ĭgĭtūr tūrpĕ? [P^1 Ziel.]) etc.

Quae cum ita sint collocationem illam: Haec est igitur tua . . . esse genuinam puto. Quam si probaveris, initium huius sententiae

---

[1]) Cf. Oxgr. Pap. 1914, p. 142 . . .

[2]) Non puto huc pertinere V. III 39_{21}; quamquam hoc loco omnes codices praebent: Quid igitur est quod . . . sed cf.: Quid est igitur (ergo G_2k) quod S. 52_{11}, Font. 23_5, Pl. 24_{18}, Ph. X 77_6.

[3]) – ⏑ ⏖ – ⏑ ⏓ = M 2^2 cf. Zielinski, p. 657 . . .)

gravitate quadam erit, et bene hoc loco ipso illud grave: Haec est igitur . . . respondere mihi videtur verbis: sic tu instituis . . . quae statim sequuntur. Quod librarii fere omnes igitur est pro . . . est igitur tradiderunt, conferendi sunt dubii loci simillimi, ex quibus elucet librarios alioquin igitur, enim . . . falso in secundo sententiae loco ponere:

Pl. 5_{30}	Vetus est enim lex . . . TE	Vetus enim est . . .
Mil. 42_{15}	Nihil est enim tam molle . . . H	Nihil enim est . . . Tδ
S. 63_{11}	Damnatio est enim iudicum, . . . poena legis. T	Damnatio enim est . . .
Dei. 37_{12}	Ab omnibus est enim is . . . αa	Ab omnibus enim est β
Cl. 70_{9}	Mihi ipsi igitur praeter . . . Σa	Mihi igitur ipsi Mμ
Ph. III 7_{24}	Faciendum est igitur nobis, . . . Vc	Fac. igitur est nobis, n Fac. ig. nobis est, . . . lt

In Cael. 45_{14} Clark recte suspicatur genuinam verborum collocationem fuisse hanc: quae vestra est prudentia, . . . qui ordo in textum erit recipiendus. Σ praebet: quae vestrae si prudentiae, in ceteris autem codicibus, ut alioquin, transponitur: quae vestra prudentia est, ...[1]) Videmus igitur in illo praestantissimo Σ ordine quidem servato tamen lectionem hoc loco depravari littera e verbo prudentia addita.

In Cael. 53_{7} genuinus ordo a Σ mihi exhiberi videtur: ubi sit congressus . . . Caelius, qui fuerit ei aditus; . . . (Clark sec. P$\pi\delta$: qui ei fuerit aditus; . . .[1]). Hoc enim loco forma verbi optime illud qui, quoniam est efferendum, subsequitur.

In Cl. 36_{22} codices valde dissentiunt:

Pet Clark:	quam clara tum recenti re fuit et quam omnium serm. celebrata.
αa:	quam clara tum fuit recenti et quam . . .
$b^1\psi^1$:	quam clara tum recenti et quam . . .
Mσ:	quam clara tum recenti re et quam . . .

Ecquidem puto esse scribendum: quam clara tum fuit re recenti et quam omnium serm. celebr. . . . Brevi enim videbimus in illis locis ipsis inter codices discrepantias intercedere, quibus suo iure Cicero adiectiva gravia substantivis postponit. Genuinus huius loci ordo

[1]) item in pap . .

est re recenti, quam collocationem, si tenes, facilius possis explicare, quod aα exhibent: fuit recenti et . . .; facillime enim illud re verbo recenti antepositum neglegi poterat. Quod autem in P legimus: quam clara tum recenti re fuit et . . . scimus alioquin librarios formas verbi falso in exeunte enuntiato ponere.

In Sull. 31_9 probem, quod T tradit: In quo primum erat illud absurdum, quod . . . Clark quidem sec. cett. codd. recepit: primum illud erat absurdum quod . . . Sed conferas Pl. 72_6, quo loco Clark quoque scripsit sec. TEa: Nam primum fuit illud asperius . . . cum cett. codd. exhibeant: illud fuit asperius . . . Quod in S. 31_9 a T solo genuinus ordo servari videtur, offensioni nobis esse non debet, quoniam semper fere videmus verborum transpositiones in manuscriptis nostris inventas non esse eiusmodi, quae ab illis, qui codices postea descripserunt, mera menda cognosci potuerint.

In V. I 124_{10} Peterson sec. V hunc ordinem recepit: Equiti Romano tam locupleti libertīnus hŏmō sĭt hērēs. Ceteri codices exhibent: . . . libertīnus sĭt hŏmo hērĕs. Sed Cicero neque illud libertinus neque popularis neque novus a levi verbo homo seiungit. Recte igitur Pet. scripsit: libertinus homo sit heres. Quo modo collocatio illa libertinus sit homo exorta sit explicari vix possit.

In Marc. 31_{15} legi malim collocationem illam ab AVγ traditam: Ingratus est . . . civis, qui . . ., ut etiam īllĕ sĭt mĕlĭŏr, qui . . . Optime illud etiam ille et melior verbo sit interposito segregantur. In cett. quidem codd. forma sit in exeunte enuntiato ponitur, quem ordinem iniuria, ut puto, Clark recepit.

In V. III 171_9 ordo ille a V prolatus mihi esse genuinus videtur: quantum esset frumenti Romam mittendum, tantum . . . Sane quidem genetivus frumenti ad illud quantum re vera pertinet, sed hac ex ipsa causa manifestum sit ordinem illum simpliciorem a ceteris codicibus traditum: . . . quantum frumenti esset . . . esse depravatum[1]).

In Pomp. 49_{14} praebent HE: bellum sit ita necessarium ut . . ., ita magnum ut . . . in cett. codd. legimus: bellum ita sit necessarium ut . . . Quam ad discrepantiam conferendi sunt loci hi:

---

[1]) Ceterum ad hunc locum conferendus est Font. 36_{15}, ubi genuinus ordo fuerit hic: apud illos Fabiorum est nomen amplissimum. (cf. Zielinski, p. 786). Codd. praebent: F. nomen est . . . Clark: ampl. est.

Cael. 30_6	... ita ut oportet respondere non audeo Σ Clark	ut op. ita resp. . . .
V. II 45_{16}	ita istum praedatum . . . codd. et Pet.	istum ita praed ... O
Div. 1_2	ita sim versatus . . . D . . . Pet.	sim ita versatus π
V. III 145_{18}	nisi ita res manifesta erit adlata, ut ... p, Pet.	erit ita adl. O
V. II 100_{18}	cum ita rem exposuissem Vqr Pet.	cum rem ita exp. Opb
V. V 126_{24}	et ita velit fieri V (Halm, Ziel., Pet.)	ita fieri velit . . .
Pl. 58_{27}	si ita tibi respondeam, TE (cett.) Clark	... ita resp. ... Schol.
V. II 127_{26}	nempe scriptum ita est: . . . codd., Pet.	n. ita scriptum est Ob
V. II 149_{18} [1]	ita eos abste institui . . . pb al. Pet.	abste ita institui O

Quibus ex exemplis mihi elucere satis videtur librarios, omnino ut adverbia et verba persaepe falso apponunt, verbum ita saepe ad illud ponere verbum, ad quod pertinet, etiamsi Cicero suo iure utrumque segregavit. Quae cum ita sint, dubito ordinem ab HE prolatum habere genuinum bellum sit ita necessarium, immo legere malim secundum cett. codd.: bellum ita sit necessarium; . . . quae collocatio alioquin a Cicerone praefertur: Fl. 42_6 qui ita sit ambitiosus ut . . . S. R. 2_{11} ita sum cupidus ut . . . V. V 183_3 ita sint parati . . . — Item in V. III 21_{16} sec. V legam: Cum haec ita essent constituta, . . . (Pet. sec. O . . . Cum haec essent ita constituta); in V. III 182_2 et aequum ita est solvi aratoribus (codd.) (Pet. sec. O: aequum est ita solvi ar. . . .).

In Dei. 26_{25} Clark recepit collocationem hanc: Omnes sunt in illo rege virtutes, . . . in apparatu critico editionis Oxoniensis addidit haec: in illo sunt β (= BDE). In editione autem ab Orelli-Baiter-Halm curata hae codicum lectiones singulae enotantur:

BE: Omnes in illo sunt rege virtutes, . . . g, Fuldensis: Omnes sunt in illo rege virtutes, . . . cod. Gudianus num. 2.: Omnes in illo regie sunt virt. . . . cod. Salisb. aul. 34: Omnes in illo sunt regie virt. cod. Oehlerianus: Omnes sunt in illo regie virt.

Mea quidem sententia genuina huius loci lectio fuit haec: Omnes in illo regiae sunt virtutes, . . . sed praecipue singularis . . . frugalitas: Discrepantiae autem hoc modo sunt exortae:

Omnes in illo regie sunt virtutes, . . .
. . . in illo sunt regie virtutes . . .
sunt in illo regie virtutes . ; .   in illo sunt rege virtutes . . .
sunt in illo rege virtutes . . .

[1]) Cf. Pl. 28_{21} . . . Macedonia sic eum diligit, ut . . . . . . sic diligit hanc, ut P.

Facile falso rege describi poterat, quoniam in manuscriptis non regiae sed regie scriptum erat, praeterea hoc loco ablativus in illo praecedit. Hoc regiae ipsum gravitate quadam hoc loco esse ex conexu totius sententiae elucet. Cicero: Deiotarum, inquit, saltantem quisquam aut ebrium vidit umquam? Omnes in illo regiae sunt virtutes . . . sed praecique singularis . . . frugalitas. Quid? Frugalitas num regia est virtus? Cicero igitur statim addit haec: Etsi hoc verbo scio laudari regem non solere. Frugi hominem dici non multum habet laudis in rege: fortem, iustum . . . hae sunt regiae laudes, illa privata est. Verbis ipsis illis regiae laudes illud regiae . . . virtutes mihi repeti videtur. Ut teneas haec (Clark): Omnes sunt in illo rege virtutes . . ., verbum rege supervacuum est, praeterea autem discrepantias, quae inter singulos codices intercedunt, explicare vix possis.

In Pis. 43_{11} Clark recte disceptavit cum scribit sec. V: Thyestea est ista exsecratio poetae . . . Quod in cett. codd. legimus: Thyestea ista exsecratio est poetae, librarii vim illius Thyestea intellexisse non videntur.

Cum duobus de locis his disceptare non audeam:

Lig. 11_{26}	externi isti sunt mores . . . Va	isti mores sunt, . . Schol. Gron. . . . sunt isti mores A H Clark
Pl. 95_{26}	Nihil enim ex meis est temporibus	est ex meis t. E et Clark

locis his Clarkio assentiri nequeo:

		Clark:
Fl. 45_{17}	Vtrum enim in clarissimis est civibus is . . .	est in cl. civ. V
C. II 19_{20}	fugitivo alicui aut gladiatori sit concedi necesse α	conc. s. nec.
Ph. III 12_{20}	Cum autem omnis est servitus misera, cln tum vero intolerabile est servire impuro	est omnis serv. V (omnis s. est, t)
Pis. 80_{9}	mihi fuit amicus ac sibi $\varphi\varsigma$	mihi amicus fuit PEe

In V. I 126_{8} haec in codicibus leguntur (cf. ed. Baiter-Halm 1854 ad p. 167_{34} et p. 449):

pr: quod facile homini ingenioso fuit in causa aequissima, multa . . .
V: quod facile homini ingenioso in causam aequissima fuit, multa . . .
Pet: quod facile homini ingenioso in causa aequissima fuit, multa . . .
dett: quod facile in causa aequissima homini ingenioso fuit, multa . . .

Ordine a pr tradito gravia huius loci verba optime distribuuntur. Quod librarius codicis V illud fuit falso in exeunte enuntiato posuit, similia peccata aliis iam locis invenimus.

In dett. codd. collocatio a V prolata denuo est commutata, cum determinatio illa in causa aequissima verbis homini ingenioso anteposita est. Sed alioquin a librariis determinationes (loci plerumque) quam maxime falso anteponuntur ut his exemplis eluceat:

Pl. 90_{25}	si umquam vitae cupiditas in me fuisset, ...	TE in me vitae cup. f. ...
Pomp. 69_4	quicquid est in me studi ...	HE quicquid in me est studi ...
Cl. 175_7	neque improbitatem col. in Falerno ...	Σa neque in Fal. impr. c. ...
V. I 34_{25}	venit exspectatus in Galliam ad exerc.	venit in Galliam e. ... bδ ...

Neque illo altero loco, V. II 13_{13}, quem Peterson ad V. I 126_8 conferendum laudat[1]), reprehendam, qui ordinem teneat hunc: quae causae benivolentiae sint Mamertinis erga istum, eas ipsas causas satis iustas esse damnationis. (Peterson sec. CO[1]: ... causae benivolentiae Mam. erga istum sint ...) Benivolentiae causae sunt satis iustae causae damnationis: opponitur igitur benivolentiae verbo damnationis. Sescentis autem locis invenias Ciceronem, ut iam supra dixi, verba gravia levibus interpositis segregare. Qua de causa hoc loco ordinem benivolentiae sint Mamertinis ... melius quadrare censeo.

Non miramur quod in formis perfecti passivi vel dep. collocandis item permultae intercedunt discrepantiae, quoniam illae formae componuntur ex participio perfecti et forma verbi esse. Cum ordo ille: factus est ... usitatior sit, in inversione: est factus ... semper fere aliquid peculiare inesse mihi videtur. Quam inversionem invenimus, si aut verbum illud, quod formae antecedit, aut participium ipsum est premendum:

Cl. 51_{19} Tum vero ita sum perturbatus ut ...
Cl. 63_6 A quo igitur est corruptum?
Cl. 74_7 quod illud repente erat factum, ...
Cl. 103_3 prima actione facillime est absolutus
Cl. 165_{12} Apud hunc ... habitavit, apud hunc aegrotavit, huius domi est mortuus.
Cl. 47_{15} nam Lucius erat mortuus.

Cui rationi obstare videtur V I 104_{20}: P. Annius Asellus mortuus est C. Sacerdote praetore. Sed hoc loco sequitur grave illud enuntiatum C. Sacerdote praetore formam perfecti.

---

[1]) Am. Journal of Phil. 1907, p. 129.

Universe inversio in exeunte praecipue sententia adhibetur, in conexu enim sententiae numerus saepe gravius cadat inversione facta. Praeterea vis verbi ipsius inversione adhibita magis efferri videtur; confer enim e. g. locos hos:

Cl. $57_{3/4}$ Fabricius primum suo iudicio, . . . deinde . . . sententiis iudicum est condemnatus.
Cl. 91_{29} His de causis C. Iunius condemnatus est, iudices, levissimis et . . .
Cl. 97_{10} . . . etiam Bulbus est condemnatus. Adde . . .

Deinde Cicero inversione utitur locis his:

Cl. 11_{17} Is cum esset mortuus Sulla et Pomp. coss. . . .
Dei. 18_{15} quod cum est factum, negari potest
(sed cf. S. R. 123_{23} cum caedes facta sit . . .)
V. IV 33_{3} postea quam est comperendinatus, . . .
(sed cf. V. IV 63_{29}: Postea quam inde discessum est, . . .
Sest. 12_{28} Ac postea quam est intellectum, . . .
Cl. 37_{12} ut erat constitutum . . . etc.

Melioris denique numeri causa inversio poscitur locis huius modi:

Cl. 97_{20} in iudicium sit adductus, . . . (non: ˣin iudicium add. . . .)
Cl. 150_{13} populi Romani esset consecutus, . . . (non: ˣ. . . consecutus esset,)
Cl. 161_{26} controversia pastorum esset orta (ˣpastorum orta esset,)

Nonnullis quidem aliis locis numeri ipsius causa inversio, quam exspectemus, a Cicerone repudiatur:

Caec. 88_{7} . . . a quo loco . . ., hoc est unde deiectus est, . . . (non: ˣhoc est unde est deiectus)
Cl. 81_{20} ea quaeritur, unde profecta sit, . . . (non: ˣunde sit prof.)
Cl. 160_{25} hac lege ipsa factus esset (non: ˣhac lege ipsa esset f.)

Interdum Cicero iure inter formam verbi esse et participium alia verba interponit:

Cl. 174_{17} Quod si esset ita factum, . . . (non: ˣsi ita esset factum)
Cl. 40_{1} neque postea Larini punctum est temporis commoratus.
Cl. 161_{1} Cum esset expostulatio facta, . . .

Nonnumquam forma anteponitur, sequitur subiectum:

Cl. 86_{2} . . . condemnati erant Fabricii; . . .
Cl. 89_{7} Condemnatus est C. Iunius, qui . . .

Librarii in inversione describenda labuntur, ut his ex locis intellegimus:

Cael. 57_9	Sic enim est obiectum. Σ	Sic enim obi. est. ψ ed. R (om. est cett.)
Caec. 69_{24}	Sic est iudicatum.	Sic est iudicatum est. T
Cl. 46_7	Fabriciis semper est usus Opp. famil. . . Σa	. . semper usus est . . Mμ
Pomp. 12_{18}	Regno est expulsus Ariob. rex, . . . HE	Regno expulsus est . . .
Div. 18_{15}	cum sunt ereptae pecuniae, . . .	cum ereptae sunt pec. Z
V. II 71_{26}	Quo posteaquam est ventum, . . .	. . . post. ventum est, b (O, sed corr.)
V. III 27_{12}	qui digito sit licitus possidere Vq	qui digito licitus sit poss.
V. I 92_{25}	. . . ex deciens HS sescenta sint facta . . .	sescenta facta sint G_3
Cl. 22_{29}	atque eis diebus paucis est mortua. Mμ	mortua est. Σa
Cl. 21_{12}	Postremo . . . Cn. Magius est mortuus. Mμ	. . . mortuus est. Σab
V. I 104_{26}	tum cum Asellus est mortuus.	mortuus est. Kr
Cl. 112_{28}	quo tempore Fidiculanius est absolutus, . . .	absolutus est . . . s
Mur. 52_{10}	id quod est factum, B . . .	. . quod factum est, . . w
Mil. 93_{13}	quoquo modo erit merita de me; . . .	merita de me erit, . . Tδ
Sest. 29_{16}	quod esset ausus pro civi . . . deprecari	quod ausus esset . . Schol.
Ph. VI 2_{12}	fundamenta sunt iacta rei publ. . . (Garatoni)	fund. sunt iacta sunt . . V fund. iacta sunt δ

Deinde a librariis iis locis, quibus Cicero alia verba inter formas perfecti interponit, simplicior ordo inconsulto nimirum plerumque restituitur: cf. e. g. Cael. 71_9, quo loco in $\Sigma\pi\delta$ recte legitur: . . . Vettiano nefario sunt stupro persecuti; librarius codicis P autem scripsit: nefario sunt stupro sunt persecuti.

Cl. 119_1	cuius mores erant a censoribus reprehensi, . . . Σa	a cens. . . . erant repr. . . .
C. II 1_{12}	cum est ex urbe depulsus. $\alpha\gamma$	cum ex urbe est expulsus β
C. III 21_2	quae erant contra sal. omnium cogitata inlustrata et patefacta vidistis	quae erant cogitata contra sal . . . bs
Agr. II 37_{24}	quae facta numquam sint,	quae numquam facta sint E
Marc. 6_9	quicquid est prospere gestum	qu. prospere gestum est, β
S. 42_{19}	ex quo oblata salus esset omnium, Te	ex quo salus oblata esset omn.
V. I 4_{10}	Absens si esset iste damnatus, . . .	Absens si iste esset damn. bδ
Pl. 67_{25}	plurimi sunt eosdem honores consecuti. TE	. . . hon. cons. sunt b²kχ
V. III 151_{26}	illa quidem . . . praecisa defensio est,	praecisa est defensio, O
Adpont. 111_{26}	At unde est ista inventa Libertas?	unde inv. est ista L.? Hbς
Sest. 27_{20}	deprecationis est causa facta PB$\Sigma\omega$	depr. causa est facta ed. R
Cael. 15_{15}	oratio est vestra delapsa. P$\pi\delta$	or. del. est Σ (om. vestra)
Caec. 97_{16}	quod Arretinis adempta civitas esset . . .	civitas ad. esset Te

Non huc pertinent loci huius modi:

S. 48_{24} nemo magis eum, de quo nihil umquam est suspicatus, [sc. debet defendere] quam is qui de aliis multa cognovit T } { nihil est umquam suspicatus, E

(Alioquin a librariis adverbia et verba falso opponuntur, cf. V. I 111_{18}: ecquis inventus est postea praetor . . . V Pet. ecquis est inventus postea . . . S D p)

V II 142_{17} neque adhuc consumpta est ista pecunia VO[1] cons. ista p. est . . .
Cl. 130_4 incognita causa probatum erat illud mult. P. prob. illud erat
V. I 45_{15} dictum est hoc in .. Dictum? etiam aestimatum. Tb dictum hoc est in . .

In Verr. V 72_5 a RSp exhibetur: qui a praedonibus erant capti, . . . sed in codice V legimus: qui a praedonibus capti erant, . . . quem ordinem Peterson suo iure reiecit. Bene enim hoc loco ipso illud capti postponitur; quoniam eosdem Romanos miseros, qui a praedonibus erant capti, Verres arguebat cum piratis fuisse sua voluntate, ut in seq. legimus, illud capti ipsum aliqua est gravitate.

Item nonnullis aliis locis optimus quisque codex falso simpliciorem verborum ordinem exhibere mihi videtur:

		Clark (Pet.):
Cl. 125_{14}	qui, cum ... dare vellet, manifesto sit deprehensus, ..	manif. depr. sit Σa
Caec. 88_2	cum esset a patria deiectus, (om. esset E[1])	cum a p. dei. esset T
Fl. 25_{28}	qui primus consul est factus qui primus . . . consul fuit, . . . s Klotz,	cons. factus est . . .
Pis. 40_{24}	ut in urbe nequior es inventus quam Gabinius, sic in provincia paulo tamen quam ille demissior. E	nequior inventus es . . . V . . .
V. V 36_{15}	qui primi Romani sunt nominati, . . . p δ	primi Rom. appellati s . . . RS

In omnibus his locis tractandis Clarkio (Pet.) assentiri nequeo; ne in Cael. 61_5 quidem, quo loco Clark sec. dett. codd. recepit: Sed tamen venenum unde fuerit, quem ad modum paratum sit non dicitur. Equidem teneam ordinem a Σ servatum: . . . venenum unde fuerit quem ad modum sit paratum non dicitur. cum censeo illo levi sit post quem ad modum interposito vim illius quem ad modum, quod opponitur verbo unde, melius augeri quam inversione non adhibita.

In Mil. 79_{18} codices dissentiunt hoc modo:

H (Clark):	.. et de eius nece lata quaestio est, qui si ..	ista lēx nūmquām lāta essēt.
dett:	.. et de eius nece lata quaestio est, qui si ..	lātă lēx nūmquam essēt.
Σ:	et de eius nece lata quaestio est, qui si . .	ista lex lātă nūmq. essĕt.

Ordinem a Σ traditum genuinum puto; discrepantia in dett. codd. inventa ex illo lata autecedentis lineae exorta esse mihi videtur.

Vidimus igitur librarios praecipue in inversionibus perf. pass. depingendis peccavisse neque praestantissimos codices verborum transpositionibus vacare. Atque fieri potest profecto ut nonnullis locis omnes alicuius orationis codices, qui quidem huc nobis sint praesto, falso ordinem perf. pass. simplicem praebeant. Itaque Zielinski[1]) suo iure legerit in Cl. 120_{19} ... haec ignominiae causa est praetermissa (codd.: h. ign. c. praeterm. est.) In Mil. 17_{28} omnes codices (HΣT...) praebent haec: ...quod is in monumentis maiorum suorum sit interfectus. — cum Madvig legi velit: ... est interf. ... Quo de loco Zielinski dicit haec: Der Clauseltechnik genügt keines von beiden, sondern entweder: maiorum sit (oder est) suorum interfectus (S 3) oder suorum maiorum est interfectus (S 3). Vidimus alioquin librarios in eis locis describendis peccavisse, quibus Cicero suo iure inter formam verbi esse et participium perf. verbum aliud interposuit. Itaque verisimile est profecto genuinam huius loci collocationem fuisse hanc: ... maiorum sit suorum interf. ... Ut sit legendum est pro sit, Zielinski poscit ordinem hunc genuinum: suorum maiorum est interfectus. Quem si tenes, librarii igitur genetivum suorum falso postposuerunt, quam ad transpositionem conferendi sunt loci hi:

Div. 2_{14}	suarum fortunarum omnium...	fort. suarum D (sed cum signis) G_2LK
V. III 65_{15}	cura tuarum fortunarum	fortunarum tuarum O (sed cum signis transp.)
Pl. 30_{25}	meorum temporum memoria TE	temporum meorum ...
Mil. 78_{26}	odio mearum inimicitiarum ΣHE ...	inim. mearum ... T
[Pl. 19_{18}	suorum municipum (om. Clark.) honores.. TE	..hospitum suorum .. cett.]

II. De infinitivis collocandis.

Primum de infinitivis praesentis et perfecti activi agam: Plerumque infinitivi eis verbis apponuntur, de quibus pendent:

Fl. 102_{29} ... quem diem ... salutarem appellare possum.
Cl. 160_{12} pro vestra prudentia satis dixisse videor.
Pl. 38_{22} eam tribum ... edere debuisti.

---

[1]) p. 788.
[2]) p. 799.

Quem usitatum ordinem Cicero repudiat, aut numeri causa, cf. e. g: Pl. 12_{28} si una loqui voce possit, ... (non: ˣuna v. loqui possit,) aut propter gravitatem certorum verborum:

Pis. 17_{19} ... nec cogitari quicquam potest, ... (Omnino saepe verbum grave inter infinitivum et formam verbi ponitur)

Pomp. 3_{7} ... in qua oratio deesse nemini possit.

Mil. 72_{27} quia nimis amplecti plebem videbatur, in suspicionem incidit regni appetendi.

Interdum gravitate infinitivi ipsius peculiaris poscitur collocatio, ut his ex locis eluceat:

S. 47_{16} ... nunc tecum sic agam tulisse ut potius iniuriam quam rettulisse gratiam videar.

Cl. 76_{2} ... neque absolvere hominem nocentissimum possent neque eum ... condemnare vellent ...

V. I 25_{26} nam causa cognita possunt multi absolvi, incognita quidem condemnari nemo potest.

Mil. 51_{15} Quod ut sciret Milo, illum Ariciae fuisse, suspicari tamen debuit eum ... ad villam ... deversurum.

C. I 20_{19} ... dubitas, si emori aequo animo non potes, abire in aliquas terras ...

Quibus rebus cognitis locis huius modi dubiis facile disceptabimus:

Mil. 11_{15}	... insidiatorem interfici iure posse.	iure interf. posse Tδ
Fl. 57_{3}	eadem queri iure possumus.	iure queri poss. Bχ.
Pl. 84_{26}	laborantibus negare nihil possumus. TE	nihil neg. poss. ...
Dei. 15_{3}	suspicari profecto non potes. $\alpha\beta$	prof. susp. non potes γ.
S. R. 116_{22}	ut intell. fingi maleficium nullum posse quo ...	mal. n. fingi posse .. s, Halm
Mil. 20_{2}	aequo animo ferre nemo potest T	nemo ae. an. ferre p. E ae. an. nemo ferre p. δ
Mil. 26_{5}	consulatum eripi Miloni non posse, .. E	Mil. eripi non posse Tδ
Mil. 32_{20}	quo sceleris facere nihil posset, ... E	sc. nihil f. posset Tδ
Mil. 73_{1}	non dubitavit aedificium exstr. in alieno	non dub. exstr. aed. P
Mil. 82_{20}	Quae mulier interficere .. civem non auderet, ..	.. civem interf. n. a. T
C. I 20_{23}	si hic ordo placere sibi decreverit te ... CAV	sibi placere decr.
Agr. II 20_{1}	Iubet enim comitia Xviris habere creandis eum .. E	en Iubet enim hab.
Pis. 70_{23}	Revocare se non poterat ... VEe	Se revoc. non p ...
Mur. 15_{13}	declarat maluisse se non dimicare quam vincere.	se maluisse non dimicare β
Marc. 1_{8}	tacitus praeterire nullo modo possum.	n. modo praeterire p. β
Ph. III 19_{1}	hunc existimare omnes poterunt ...	omnes ex. poterunt ... D

Ph. VIII 19_8	exorare nunc ut sis popul. non possumus	nunc ut sis p. ex. n. p. D
S. 82_{13}	potest quisquam dicere umquam meliores ..	T .. potest dicere q. Ek
V. I 74_{26}	defensorem reperire neminem poterat. π b δ	def. nem. rep. poterat D Ψ
V. III 149_3	nisi forte negare omnia constituisti	omnia neg. const. O
V. III 163_{14}	Frum. emere in Sicilia debuit Verres ..	in Sic. emere deb. .. O
V. III 209_2	et eos fecisse idem dices?	eos idem fec. dices? O
Pl. 23_{15}	id quod tu huic obesse etiam putas, T E Schol.	etiam huic abesse putas, ..
Pl. 84_{26}	laborantibus negare nihil possumus. T E	nihil negare poss.
Pis. 32_{10}	optandam duco mihi fuisse illam ... V E e χ n	opt. duco illam mihi fuisse illam M opt. duco fuisse mihi illam cett.

In V. III 78_{21} omnes fere codices recte [1]) exhibent: non poterant tamen, cum cuperent, Apronium imitari; ... in codice O autem transponitur: non poterant tamen ... imitari Apronium ... Similia in V. III 213_{26} invenimus, ubi plerique codices praebent: se in re improbissima voluisse Antonium imitari quam ... cum in O legamus: voluisse imitari Antonium quam ... Qui loci item ad illos modo tractatos mihi videntur pertinere; apponitur enim infinitivus quam maxime ad illud verbum, ad quod pertinet. Peterson quidem de causa infinitivi transponendi haec dicit (Am. J. of Phil. 1907, p. 144): Considerations of rhythm must have been the motive in both cases. Cui viro docto assentiri nequeo. Omnino caveas ne librariis nimiam attribuas sagacitatem neve putes librarios numeris quibusdam facilius offensos esse. Quamquam consulto in V. III 78_{21} illo Apr. imitari iam exarato librarius codicis O transposuit infinitivum, uno illo consilio commotus ordinem verborum commutavisse videtur, ut simplicior efficeretur collocatio.

Eodem modo mihi locis his esse transpositum videtur:

S. 38_{18}	Iam vero illud probari minime potest, ... T ...	Clark illud min. probari potest, ... e
Pl. 68_5	meo nomine debere Plāncĭō dīcēbănt.	Plancio debērĕ dīcēbănt. E
Sc. 21_1	quasi quaedam [2]) iacere fundamenta patiamini A	... quaed. fund. iacere pat ... T
Caec. 96_{10}	si semel adimi civitas potest, retineri lib·rtas non p. T	civ. adimi potest, ...

---

[1]) Cf. Zielinski, p. 783.

[2]) Alioquin illud quidam ... a substantivo segregatur; cf. e. g.:

Ph. X 12_6 ... lux venisse quaedam et ...

C. IV 8_3 ... quaedam illi antiqui supplicia impiis constituta esse voluerunt ...

		Clark
Pl. 58_2	me hic id ex te audisse primum confitear T	prim. aud. conf. . . .
Pomp. 24_6	Iam hoc fere sic solere fieri accepimus ut . . . H	sic fieri solere
	(cf. V. V 126_{24} et ita velit fieri . . . V (Pet. . . .)	et ita fieri velit . . .)

Quid? in C. II 2_2 Clark recte, ut puto, recepit sec. αh: quae quidem mihi laetari videtur, . . . cett. autem codd. praebent laetari transposito: quae quidem laetari mihi videtur. Hoc igitur loco infinitivus consulto a forma verbi segregatur; nimirum, conexus enim ille mihi videtur librariis usitatior erat; sed cf. locos hos:

V. IV 7_{16}	Nihil habere cuiquam praeterea licebit? VGπ	praeterea cuiqu. lic. SDΨ
Ph. I 14_{13}	. . licetne dicere? Mihi vero licet . . . V	. . licetne dicere mihi. Verum licet . . cln . . licetne mihi dicere verum . . t
A. pr. 22_2	ne haec quidem mihi res placebat; . . . DKZπ	. . . res mihi placebat; bδ
V. II 177_{11}	Placet ista mihi defensio . . . Cp	Placet mihi ista . . . O . . .

In V. III 162_{28} genuina est collocatio: neque deesse nocenti possit neque obesse innocenti . . . qui ordo in qr commutatur hoc modo: neque nocenti deesse possit neque obesse innoc. . . . Quod Peterson (Am. J. of Phil. 1907, p. 125) hunc ad locum de causa ordinis commutandi hoc dicit: . . . we know that the motive must have been to produce a kind of chiasmus. — assentiri nequeo; ut omnino plerisque huius modi locis dubiis putare non possum consulto a librariis verba esse transposita.

Venio nunc ad illos locos tractandos quibus iam sec. genuinum ordinem infinitivus formae verbi apponitur.

Sescentis locis antecedunt infinitivi formis verbi, sequuntur autem primum numeri causa, ut his ex exemplis eluceat:

Tull. 41_{30}	. . . praetor animum debet advertere.	(non: ×adv. debet.)
V. V 35_7	quae iucunda videntur esse, . . .	(non: ×esse videntur, . . .
V. V 133_{10}	ne singuli quidem possint accedere . . .	(non: ×accedere possint.)
V. V 133_{18}	. . . Venerem possumus dicere.	(non: ×dicere possumus.)
Pl. 11_{16}	. . . impune tamen deberem dicere: . . .	(non: ×dicere deberem . . .)
Mur. 18_{24}	solus possit obtinere, non . . .	(non: ×solus obtinere possit, . .)
S. 78_{20}	. . . et gravissima debet esse, . . .	(non: ×et gravissima esse debet, . . .)

Nonnullis locis paucis non tam numero quam propria vi aut illius potest . . . debet . . . aut infinitivi aut eius verbi, quod utrique antecedit, peculiaris poscitur ordo:

Cl. 150_{21} aut non potuerunt ascendere aut non petiverunt.
V. IV 20_{24} ... neque debent adiuvare ... neque possunt ...
S. R. 142_{29} Sin autem victoria .. debet esse, tum vero .. orationem .. esse oportet.
Tull. 11_{12} Quod in aliis causis debet valere et valet ...
Mur. 11_{12} illa quae gravissima debebat esse ita fuit ...
Cl. 106_{5} Quorum ego de sententia non debeo disputare, ...
V. I 149_{26} tametsi quid poterat esse apertius quam nunc est?
Caec. 28_{13} non modo Caecinam ... laederet, sed etiam mihi videretur irasci.

Librarii et infinitivum postpositum interdum falso anteponunt et antepositum postponunt, ut his ex exemplis eluceat:

I. Pis. 61_{18}	in currum revocare possis. PV	... possis revocare.
S. 1_{3}	fructum aliquem percipere potuisset. TEc	potuisset percipere.
Pl. 27_{17}	omnibus esse se probatum sperare debet. P	... probatum debet sperare.
Cael. 56_{24}	venenum dare vellet Caelius. Σ	ven. vellet dare C ...
S. 54_{15}	Quos testamento patris deberi videmus. T ..	deberi debemus. Σg videmus deberi Lc
S. 14_{19}	Multum haec vox fortasse valere deberet eius .. Tea	.. deberet valere ..
Cl. 141_{22}	testi ficari se voluisse dicebat. Σψ² a (se om. Clark)	test. dicebat (add. se b²) voluisse Mμ
V. II 181_{26}	... iam teneri videbitis. pb vulg.	iam videbitis teneri. CO
Mil. 69_{3}	.. experti scire debemus, .. ΣHTE	.. exp. debemus scire, cod. Sal.
V. III 98_{17}	circumflari posse videatur.	videatur posse (p, sed corr.)
V. II 61_{15}	gratiis facta esse videantur.	videantur esse. O
V. II 108_{24}	peracutus esse videatur, ...	videatur esse, ... O
S. 5_{28}	praetermissum esse videatur.	videatur esse. G (cf. ed. Halmii)
V. III 39_{18}	quid enim in eo periculi esse posset?	periculi possit esse? O
V. III 161_{10}	qui aliquando usui rei publicae esse possent. p	... possent esse. O

Concedendum est in V. III 161_{10} ordine illo ... rei publicae esse possunt (p ...) servato numerum non bene cadere, hoc loco ipso formam verbi ordine rei publicae possent esse servato optime sequi illud grave rei publicae, Ciceronem denique huiusmodi locis infinitivum esse interdum formae verbi posse postponere — cf. enim:

V. V 130_{20} magistratibus nostris quaestui posse esse. (non: ×qu. esse posset.)
Cl. 20_{22} ulla dubitatio posset esse, ... (non: × ... dubitatio esse posset,)
Agr. II 9_{3} ut aliquando in otio possit esse, (non: ×in otio esse possit,)
Balb. 27_{15} ex civi Rom. civis Gaditanus possit esse. (non: × ... Gaditanus esse possit.)
Ph. XIII 22_{16} cum illa .. belua posset esse, ... (non: × .. belua esse posset, ..) —

Peterson tamen recte facit, quod ordinem illum: ... usui rei publicae possent esse repudiat, gravius enim numerus cadat, neque alioquin in Ciceronis orationibus in exeunte sententia vel colo ordo ille possunt (possint, possent) esse, ... invenitur, uno loco illo excepto, quem in Tull. 49_{19} legimus: ut inermes sine periculo possent esse, ubi altera collocatione restituta: *ut inermes sine periculo esse possent, etiam peior numerus exsistat[1]).

II. Anteponitur infinitivus falso a librariis locis his:

Cl. 134_{27}	si qui contra vellet dicere, ... Σa	si qui contra dicere vellet,
Cl. 135_{7}	cui loco respondere vix videor posse,	$\Sigma\psi^2$a ... resp. posse vix vid.
V. V 35_{7}	quae iucunda videntur esse, ...	quae iucunda esse videntur. SΨ
[R.C. 37_{21}	contra se cogo dicere. Boem.	contra se dicere cogo. codd.]
S. 96_{18}	quae ... iucunda volebant esse, ...	esse volebant, ... G
Caec. 15_{11}	mihil satis caute, mihil satis callide posset agi? ...	agi posset, cod. k
V. I 22_{12}	Non enim potest sperare populus Rom ...	sperare potest ... qr
Mil. 88_{9}	Illum ipsum, qui poterat obstare, ... HET[2]) ...	obstare poterat, ... P

Vidimus igitur utramque infinitivi collocationem a librariis esse commatatam. Universe autem in collocatione illa vellet dicere, posset agi ... describenda librarii non fere labuntur nisi infinitivus forma verbi posset ... vellet ... segregatur ab alio verbo, ad quod re vera pertinet. Falso igitur in Cl. 134_{27} traditur hic ordo: si qui contra dicere vellet, ... pro ... contra vellet dicere. Quod in Cat. IV 8_{27} Clark sec. $\alpha\gamma$ recipit: aut per populum aut per senatum levare possit., assentiri nequeo; immo vero praeferam, ut Zielinski, ordinem aβ prolatum: ... aut per senatum possit levare quae collocatio non solum numero, sed etiam toti huius sententiae naturae quadrare mihi melius videtur.

In Cael. 20_{4} mea quidem sententia forma verbi debebitis bene interponitur, legam igitur sec. Σ: cum inferetur debebitis propulsare. quamquam non ignoro numerum melius cadere, si servatur ut Clark fecit collocatio illa a P$\pi\delta$ tradita: cum inferetur propulsare debebitis.

---

[1]) Cf. Zielinski, p. 622: „Die Auflösungssilben dürfen nicht dadurch auseinandergerissen werden, daß sie sich auf End- und Anfangssilbe zwei- oder mehrsilbiger Wörter verteilen“.

[2]) Cf. Div. 53_{27} ... qui debeat ... qui possit ulcisci.

Item in Pis. 19_{12} legendum sit sec. P: ... aut praesidio volebam niti, ... (Clark sec. cett. codd.: ... consilio scilicet aut praesidio niti volebam, ...)

In V. IV 102_{16} Peterson sec. RS ... recepit: Qualem porro illam feminam fuisse putatis, iudices, ... Nonne fieri potest, ut genuinus ordo a p(etqr) exhibeatur hoc modo: ... illam feminam puta[s]tis fuisse, iudices, ...?

In V. III 50_4 praebent cO: ... administros rapinarum fuisse dico. quam collocationem Peterson recepit contra ordinem ap ... traditum: ... rapinarum dico fuisse. Antecedit autem (l. 1.): ... omnis istius fuisse dico, Apronium ...; facile igitur hoc loco ipso collocationem verborum in cod. Fabriciano (= c) depravari potuisse nemo neget, praesertim cum alioquin similia menda inveniamus:

V. I 92_{25} G_3 falso: HS sescenta facta sint, ... cf. l. 27!
Cl. 21_{12} Σab falso: ... Magius mortuus est. Is ... cf. l. 9!
Caec. 69_{24} T: sic est iudicatum est. (recte: sic est iudicatum.) cf. ll. 20, 22!
V. II 49_{27} O falso: ... ita multum tecum fuit; cf. l. 25!

Praeterea iam vidimus ne in cod. C quidem semper ordinem verborum integrum servari (cf. V. II 181_{26} CO: iam videbitis teneri). Quae cum ita sint, ecquidem contra cO legam: rapinarum dico fuisse ...; melius enim in exeunte sententia numerus ille $- - - - \smile - \bar{\smile}$ mihi quadrare videtur.

In V. III 107_{13} Peterson sec. p ... legit: ut intellegas non te diligentiorem in faciendis furtis fuisse quam me in deprehendendis. Cod. Lagom. 42 (= O) solus praebet: ... in faciundis fuisse furtis quam me in deprehendendis. Quamquam illius codicis ipsius librarium in transponendis verbis helluari non ignoro, tamen hoc loco uno ordo ille ab O prolatus mihi videtur esse genuinus. Neget enim nemo hoc loco illud faciendis oppositum verbo deprehendendis maxime esse premendum. Quae cum ita sint, illi gravi faciendis verbum leve fuisse optime apponitur. Sane quidem miremur, quod codex O est, qui genuinus ordo hoc loco contra cett. codd. servet; attamen ita esse profecto alia ex re elucere possit. Cum enim cett. codd. faciendis praebeant, in O hoc loco faciundis legitur. Huiusmodi autem scripturas antiquiores in vetustioribus et prae-

stantioribus codicibus ipsis invenimus, cum in deterioribus codicibus recentior scriptura plerumque restituatur:

V. I 120_{19}	dicundo V Prisc.; dicendo πb
V. II 2_{11}	veniundum VC p al.; veniendum O . . .
V. II 2_{16}	dicunda C; dicenda cett.
V. II 36_{12}	inspiciunda O[1]; inspicienda cett.;
V. II 39_{23}	dicundo cO[1] al. dicendo pq
V. II 65_{6}	veniundi V; veniendi O . . .
V. II 144_{14}	faciundas codd.; faciendas O
V. III 140_{2}	reiciundi VO; reiciendi cett.
V. V 126_{20}	repetundis V; repetendis RS
V. V 25_{20}	gerunda codd. gerenda q
V. V $36_{12, 16}$	faciundos codd. faciendos G_1
V. III 100_{9}	conferundo pq . . . conferendo O . . .
V. III 110_{22}	reperiunda pqkO . . . -enda cett.
Mur. 29_{26}	dicundo exc. Bart. { dicuntur Lag. 10; dicendo cett.

Lectio igitur ab O prolata et scripturae et ordinis causa vetustior esse mihi videtur atque legam: in faciendis fuisse furtis . . .

De infinitivo esse nonnulla per se sunt addenda; quo in collocando librarii his locis peccaverunt:

Cael. 26_{20}	. . . in Lupercis sodalem esse Caelium dixit. Pπδ	esse sodalem Caelium d. Σ
Cl. 46_{10}	. . nullum quaestum esse turpem arbitrarentur, Σa	n. qu. turpem esse Mμ
Cl. 164_{27}	quem illi invidiosum esse reum volunt . . . Σa	invidiosum reum vol. esse
Mil. 7_{26}	intueri lucem esse fas ei, qui HEΣ Quint.	fas esse ei Tδ
Pomp. 28_{29}	Quod denique genus esse belli potest in quo HE	genus belli esse . . .
S. 22_{28}	non tam est admirandum regem esse me,	regem me esse . . . e
Pl. 69_{2}	patronum esse illum suum et . . . TE	patr. illum esse . . .
V. V 165_{3}	eo contentum esse me dicam π	eo contentum me esse δ edd.
Pl. 80_{2}	. . . quam me et esse gratum et videri.	gratum esse et . . .
Pl. 88_{23}	interitus nullos esse ultores videbam. TE	nullos ultores esse vid.
V. I 136_{6}	id sibi esse optimum factu, quod cuivis ven. in mentem pbr	optimum esse f. edd.
Cl. 77_{20}	nulla esse iudicia;	nulla iudicia esse; a
Pomp. 22_{2}	reliquum possit magnum esse bellum HE	possit esse m. bellum
Pomp. 68_{14}	auctor vobis gravior esse nemo debeat; Tδ	gravior n. esse d. HE
V. II 163_{25}	decem milia civium esse Centuripinorum, CO	esse civ. Cent. π

V. V 165_{15}	se civem esse Romanum; p . . .	civ. Rom. esse; q
V. III 55_9	nec dominum eius esse fundi V . . .	esse eius fundi . . . O
V. III 50_{25}	nego quemquam esse vestrum	qu. vestrum esse O
S. R. 92_{24}	Video igitur causas esse permultas	esse causas perm . . . w
V. III 154_{21}	Volo ego hoc esse commune . . . V	Volo ego esse hoc com. πk
Mur. 63_9	distincta genera esse delictorum . . .	distincta esse gen. del. w.
S. 39_9	eandem vim esse negationis huius . . .	eandam esse vim neg. e c
Cl. 64_{16}	corruptum illud esse iudicium, . . . Mμ Quint.	illud iudicium esse Σa
A. p. 15_9	Hominem esse arbitror neminem Dp . . .	H. arbitror esse nem. qr

Saepe igitur illud leve esse verbo gravi annectitur, interdum dua verba gravia segregantur. Neque solum singulorum verborum vis sed etiam numerus cuiusdam est momenti in illo esse collocando. Non enim in S. R. 92_{24} verbum causas est premendum, tamen Cicero causas esse permultas posuit. Simplicior sit ordo: causas permultas esse aut: esse causas permultas. Item numeri causa in Cl. 64_{16} verbum esse inter pronomen et substantivum interponitur, cum Cicero dicit: corruptum illud esse iudicium, . . . Librarii quidem locis huius modi falso simpliciores verborum collocationes praebent[1]).

In Cael. 58_{25} Clark sec. Σg recepit ordinem hunc: familiaris dominae esse sciebat (esse domina ‖ esse sciebat P . . . esse dominae sciebat cett.) Sed Cicero cavet, ne esse sciebat in exeunte sententia dicat; cf. enim:

Cat. III 4_{11} . . . scelere esse inflammatos sciebam,
Cl. 172_5 quem sibi offensiorem, Opp. familiarissimum sciebat esse, . . .
V. IV 33_{28} . . . nugatorium sciebam esse, . . .
Sest. 39_{11} Nequam esse hominem et . . falsa opinione . . commendatum sciebam; . .
Sest. 39_{11} ad . . . M. Scaurum rem frumentariam tralatam sciebat[2]).

Assentior, quod Zielinski (p. 762) dicit haec: Regel: Durch anlautendes s mit folgendem Konsonanten wird der kurze Endvokal des vorhergehenden Wortes gedehnt. Ausnahmslos. Tamen ex locis modo tractatis elucet Ciceronem vim illius litterae s impurae sensisse. Audiebat igitur ésse sciébát, quem numerum in exeunte sententia cavebat. Sunt quidem loci, qui huic rationi

---

[1]) Itaque facile fieri potest, ut in Cat. IV 23_{10} legendum sit hoc: illum esse filium memineritis. (omnes codd.: illum filium esse mem. . . . cf. Zielinski, p. 791) ecquidem malim: illum f. mem. esse.

[2]) Hoc loco esse plane omittitur, cf. Zielinski, p. 796 (ad Cael. 54).

obstare videantur. Illis autem locis numerus non cadat melius illo esse... postposito:

Cl. 49_{22} magnum usum esse sciebat,... (non: *usum sciebat esse,)

V. I 131_{17} Iunium ipsum mortuum esse sciebat;... (non: *mort. sc. esse; esse m. sciebat;..)

cf. Cael. 34_{10} matrimonium tenuisse sciebas; (non: *sc. tenuisse.)

Ph. XIII 19 Albae consedisse sciebat. (non: *Albae sciebat cons.)

His igitur locis regula valet supra laudata, qua dicitur syllabam brevem ante litteras sc... produci.

Ceterum simillimas rationes in formis scimus, scitis, scio... collocandis invenimus:

V. I 53_{24} in Pamphylia scitis esse... (non: *in Pamphylia esse sc.)
V. III 64_{1} ..superiorum memoria scitis esse (non: *...memoria esse scitis;)
V. 101_{15} –⏑] missos sciret esse. (non: *–⏑] missos esse sciret.)
Mur. 81_{13} interficiendi scitis esse,... (non: *interficiendi esse scitis,)
Balb. 46_{14} ...aequissimum sciret esse,... (non: *aequissimum esse sciret.)
V. I 54_{25} ...Dianae scimus esse; (non: *...Dianae esse scimus;)

In V. III 16_{3} traditur: quaestui fuisse scio. Hoc quidem loco dici non poterat: quaestui scio fuisse praesertim cum illud scio quam maxime sit premendum, ut ex illo scio te ll. 27 et 30 eiusdem pargaraphi elucet. Itaque hoc loco illud scio optime in pausa, ut ita dicam, legitur.

Universe igitur dici potest Ciceronem in exeunte sententia cavere, ne ante formas verbi scire verbum ponat, quod exit in vocalem brevem. Itaque in Cael. 58_{25} contra Clarkium collocationem illam ab ehδ traditam teneam: familiares esse dominae sciebat. In cod. Par. 7794 legimus haec: ...familiaris ee̅ domina ‖ esse scibat... Priore igitur loco invenimus signum hoc: ee̅ (= esse), altero autem loco illud esse dilucide est scriptum. Quantum ex apparatu editionis, quam [Orelli]-Halm-Baiter curaverunt, intellego[1]), librarius codicis P infinitivum esse nunquam per abbreviationem

1) cf. ad p. 864 l. $_{18}$; 916_{26}; 923_{29} $924_{1/2}$; 930_{5}; 944_{6}; 978_{14}; 1029_{37}; 1039_{31}; 1044_{32}; 1052_{3}; 1055_{22} ...

reddit. Verisimile est, in exemplari quoque codicis P plerumque esse abbreviatione repudiata esse scriptum, nonnullis quidem locis exceptis: In sen. 28 (cf. ed. Halm. p. 842_{11}) legendum est hoc: qui fas esse putaret... In cod. P autem invenimus fasse pro fas esse. Nonne fieri potest, ut librarius codicis P in exemplari suo haec invenerit: qui fas ee̅. Illo signo ee̅ male intellecto descripsit fasse. Simili modo in dom. 85 (cf. p. 885_{11}) P[1] descripsit negasse pro ˣnegas ee̅ (= negas esse). Itaque librarius codicis P vim illius signi ee̅ omnino non intellexisse mihi videtur. Desideravit igitur in Cael. 58_{25} infinitivum esse illo ... familiaris ee̅ dominae ex exemplari suo iam exarato. Quoniam autem in archetypo legebat: dominae sci[e]bat, coniecit litteris illis es infinitivum significari. Commutato igitur verbo dominae in domina‖[1]) addidit esse. Hic quoque locus idoneus est, ex quo intellegi possit, quomodo librarii ordinem verborum commutaverint.

In Cael. 36_3 Clark recte sec. $P\pi\delta$ recepit haec: non putat tua dona esse tanti. Eandem collocationem papyrus praebuisse videtur. Σ autem exhibet: ... ″dona ″esse[2]) (= ... esse dona ...) Qui ordo vel numeri causa est repudiandus, praeterea non est, cur hoc loco illud tua ipsum sit efferendum collocatione probata illa: nōn pŭtát tŭá éssĕ dṓnă tánti; ... Respiciamus igitur simpliciorem ordinem hoc loco esse genuinum. Quod autem manus secunda in Par. 14749 praebet non putat tua ″dona ″esse tanti ... signa illa transpositionis librarius ad verba dona esse addere omnino noluerit, qui vir verba quae antecedunt nobilis mulier[3]) transponenda significare voluit, aberravit autem a linea[4]).

In Cl. 62_{14} quidem sec. Σa legere malim: ...si...videtis..., illo iudicio reum condemnari ... necesse fuisse, ... videatis necesse est, nullam accusatori[s] esse causam potuisse cur ... Melius enim illo esse statim post verbum accusatori addito illud accusatori efferri mihi videtur. Quod simplicior verborum ordo nullam accusatori causam

---

[1]) cf. Cael. 22: facillume fingi] P[1]: facillum ‖ effingi ... Cael. 18: Medea animo] P: mede ‖ animo ...

[2]) cf. Anecdata Ox. 1905 Class. Ser. X p. 49.

[3]) pap. praebet: mulier nobilis ...

[4]) cf. Ox. Pap. 1914 p. $149_{85/86}$.

esse potuisse in Mμ invenitur, alioquin infinitivum formae verbi falso a librariis apponi scimus.

Itaque in his quoque locis tractandis Clarkio assentiri nequeo:

Pis. 42_{24}	Tantam virtutis esse vim voluerunt ut..	Tantam virt. vim esse vol. ut V
Pis. 42_{25}	non posset umquam esse vir bonus non beatus	non posset esse umq. Vχ^1
Pomp. 53_{25}	An tibi tum imperium esse hoc videbatur cum Eδ	imperium hoc esse vid. HT
Fl. 42_{6}	ut etiam magistrum illorum esse se dicat	... illorum se esse dicat. Vχ
Q. 59_{4}	ne ut par quidem sit postulat, inferiorem esse se patitur cod. Graevii	se esse p. k
C. III 9_{27}	fatalem hunc esse annum ad . . . bstux	fat. hunc. annum esse ad ... AV ... Clark fatalem esse hunc a. ad . . . all.

Priusquam de discrepantiis dicam, quae in infinitivis perf. pass. vel dep. collocandis nobis occurrunt, breviter exponam rationes a Cicerone ipso adhibitas:

Plerumque Cicero cavet ne verbum esse in exeunte sententia ponat; quo enim facto persaepe numerus totius sententiae haud mediocriter gravis fit: perfectum esse [— esse perfectum.] Praeterea autem finis totius sententiae inversione facta melius circumscribitur neque debilius evanescit illo esse, quod fere nullius est momenti. Cum de accusativis cum infin. perf. pass. semper fere agatur, inversione non facta postponitur illud verbum, de quo figura illa accus. cum inf. pendet. Itaque invemimus in Cl. 73_{1}: rem a Staieno perfectam esse arbitrabatur. Si autem figura accusativi c. inf. illud verbum de quo pendet, sequitur, Ciceronem inversione infinitivi uti iam dixi. Persaepe eisdem locis verbum, quod infinitivo antecedit, haud mediocriter est premendum, ut inversione facta duo verba gravia illo levi esse seiungantur: cf. Cl. 23_{10}: ab Oppianico esse corruptum. Clu. 97_{20}: facilius esse damnatum. Clu. 160_{18}: brevissime esse defensa.

Etiamsi verbum sequitur, de quo acc. c. inf. pendet, pes autem Bacchius est e. g. vĭdebām, pŭtabāt . . . inversio adhiberi solet. Dicit igitur Cicero, ut clausula illa heroica vitetur: Cl. 28_{14} esse delenitam videret. C. III 22_{21} id non divinitus esse factum putatis.

Si participium perfecti pass. ipsum clausula heroica aut Bacchius est, inversio nimirum adhiberi non solet, etiamsi verbum

antecedit, de quo acc. c. inf. pendet: Cl. 162_6 **Floro legatum ex testamento infitiatum esse;** (non: ***esse īnfĭtĭātūm;**) V. II 137_3 **abste haec petita esse,** (non: ***haec esse pĕtītă, ...**) Inprimis dignus est Div. $14_{14/15}$, qui praemoneatur: **Hi sciunt hoc non modo a me petitum esse, sed ita saepe et ita vehementer esse petitum ut aut ...** Priore igitur loco, in exeunte enuntiato Cicero **ēssĕ pĕtītŭm** vitat, in conexu sententiae praeterea **esse petitum,** ut illud **ita vehementer** magis efferatur. Alia de causa in Mil. 103_{14} inversionem repudiatam invenimus: **me restitutum esse, si ...** servata inversione hunc habemus numerum, quem Romanis item taedio fuisse iam scimus: ***possūm pŭtārĕ me ēssĕ restìtutūm, si ...** Sed haec hactenus. Ut igitur repetam, semper fere collocationes inveniuntur hae: **... arbitrabatur ... esse factum. — ... factum esse arbitrabatur.**

Librarii, ut alioquin falso pro **... est mortuus ...** etc. **mortuus est** scribere solent, in infinitivis perf. pass. collocandis simpliciorem formam restituunt, quibus locis Cicero suo iure inversione utitur:

Cael. 50_{23}	**nihil a M. Caelio petulantius esse factum,**	**petulantius factum esse** Σ
Cael. 78_{27}	**ne absolutum quidem patiatur esse absolutum**	**absolutum esse** Σ
Cl. 63_5	**negasne illud iudicium esse corruptum?** $M\mu$ Quint.	**corruptum esse** Σa
C. 30_{26}	**... videat coniurationem esse factam,** $\beta\gamma$	**factam esse, ...** α
Caec. $72_{25,26}$	**iudica hoc factum esse aut numquam** { **esse factum vel creatum** codd. / **esse factum;** Baiter, Clark }	**... aut numquam factum esse creatum** T
Caec. 101_{13}	**tamen me longius esse prolapsum quam** T	**longius prolapsum esse**
V. II 101_3	**et facit coram esse delatum** VO[1]	**delatum esse** bδ
V. III 127_{23}	**... agros relictos arationesque esse desertas** Op ..	**desertas esse** edd.
Ph. II 92_2	**stuprum esse oblatum comperisses.** V	**oblatum ēsse cŏmpĕrīssĕs.**

Recte Clark facit, quod in Cl. 187_{21} collocationem a Σ a traditam servat, cum scribit: **in crucem esse actum exsecta ...** Vel [illegible] causa repudiemus collocationem simpliciorem, quam cett. codd. praebent: **in crucem actum esse exsecta ...** Facile suspicari potes ei, qui primus hunc locum depravavit, illud **in crucem agere** unum enuntiatum esse obversatum, praesertim cum alioquin in similibus verborum conexibus collocandis similes dissensiones intercedant: Q. 39_{21} **cum statuisses mentionem de pecunia facere** (χ: **de pecunia men-**

tionem facere, . . .) Caec. 30_4 cum causa ab illis ageretur . . . TE (cett.: cum ab illis causa ageretur . . .) etc.

In Cl. 79_{23} Clark sec. Mμ recepit: Iunium . . . iniectum esse memini, . . . Σa autem praebent: esse iniectum memini, . . . qui numerus non cadit bene. Neque tamen clausula iniectum esse memini mihi esse melior videtur[1]). Itaque hac ex ipsa causa Ciceronem inusitatum illum ordinem esse iniectum hic adhibuisse verisimile est.

In Qu. 85_{22} teneo collocationem illam ab a k prolatam: illud dico, dominum esse expulsum de (om. de codd. Parr.) praedio, domino . . . Sec. cett. codd. Clark recepit: dominum expulsum esse de . . .

In Mil. 7_{26} inter codd. dissensiones intercedunt hae:

HΣ: qui a se hominem esse occisum fateatur.
ET Quint. V 11, 12, Ziel.: . . . occisum esse fateatur.
δ Quint. IV 2, 25, Clark: . . . occisum fateatur.

Quoniam illud esse et in HΣ et in ET legimus, vix omitti plane potest sec. δ, ut Clark fecit. Numeri causa Zielinski ordinem ab ET Qu. traditum praefert. Quem si probes, non video, cur librarii hoc loco fere uno simplicem infinitivi formam correxerint, inversione facta, quae nunquam fere in conexu sententiae invenitur. An genuina collocatio fuit haec:

×qui a se hominem esse fateatur occisum . . .?
HΣ: esse occisum fateatur.
E et Qu.: occisum esse fateatur.
δ Q.: occisum fateatur.

Rufinianus quidem praebet: qui a se esse hom. occisum f. Qua ex collocatione, ut fuerit genuina, facile discrepentiae explicari possunt:

qui a se esse hom. occisum fat. (Ruf.)
δ Qu. om. esse, quod facile fieri potuit. { HΣ: a se hom. esse occis. f. / TE Qu.: a se hom. occis. esse fat.

In Agr. II 31_{13} Ee praebent: nec te . . . lex . . . commonet IIIviros llos XXXV tribuum suffragio creatos esse? in cett. codd. legitur: suffragio esse creatos. Cum utriusquae ordinis numerus non bene cadat,

[1]) cf. Zielinski, p. 622: Die Auflösungssilben dürfen nicht . . . auseinandergerissen werden . . .

Zielinski (p. 778 l. c.) postulat collocationem hanc: . . . ˣcreatos esse suffragio. Qua coniectura meliorem numerum fieri concedo, sed non video, quid illud suffragio in exeunte sententia sibi velit. Praeterea ordo ille suffragio esse creatos difficillime ex illo ˣcreatos esse suffragio exoriri potest. Itaque ecquidem puto genuinum huius loci ordinem fuisse hunc: ˣtribuum esse suffragio creatos. Quamquam non ignoro hac collocatione probata numerum non cadere melius, tamen hoc loco illud leve esse optime verbo tribuum postpositum videtur. Illud tribuum enim ipsum haud mediocri est gravitate, ut ex conexu huius paragraphi evadet. Non sunt Xviri veris comitiis (cf. 31_3 . . .), hoc est populi suffragiis constituti. Nihil a populo Romano acceperunt potestatis, amplissima autem Rullus eos adficit. Quin etiam auspicia Xviros facere iubet, eodem iure, quo habuerunt IIIviri lege Sempronia. IIIviri quidem veris comitiis, hoc est populi suffragiis, sunt constituti. Itaque hoc modo Cicero mihi perrexisse videtur: Audes etiam, Rulle, mentionem facere legis Semproniae, nec te ea lex ipsa commonet III viros illos XXXV tribuum ˣesse suffragio creatos? Quae collocatio hoc modo commutatur: suffragio esse creatos. Alioquin enim invenimus librarios in eis locis depingendis peccavisse, quibus Cicero suo iure participium perf. et verbum esse non apponit:

Cl. 119_{28}	censorem esse ipsum postea factum, . . Σa	c. ipsum postea esse f. . . Mμ
Pomp. 23_{24}	nostrum esse exercitum adductum HE	n. ex. esse add.
Pis. 68_{16}	cui generi esse ego iratus ne . . . VE	ego esse iratus . . .
Pl. 52_{30}	consules factos scimus esse T	scimus factos esse E.
Har. resp. 51_{10}	reconciliationem esse gratiae factum.	rec. gratiae esse f. G.

Collocatio autem ab E e prolata: suffragio creatos esse, posita est in illo ordine iam depravato, qui a cett. codd. traditur: suffragio esse creatos.

In S. 28_{21} codices hoc modo dissentiunt:

E et all. (Clark): aeternum videam bellum esse susceptum.
T (Laubm., Reid., Halm.): aet. videam esse bellum susceptum.
codd. BW quidam: aeternum bellum videam esse susceptum.
e (Müller): aeternum videam bellum susceptum esse.

Collocatio a cod. e prolata statim potest repudiari; neque enim est, cur hoc loco in exeunte sententia ordo simplex poscatur.

Clark, quod sec. E recepit: aeternum videam bellum esse susceptum. naturae dictionis Ciceronianae bene est obsecutus. Collocatione aeternum videam bellum ipsa illud aeternum quam maxime effertur. BW quidem aeternum bellum videam ... praebent, sed alioquin librarii falso substantiva et adiectiva apponunt: cf.:

Cl. 78_1	ut eum sermonem audierint omnem ... P	sermonem omnem aud. Mμ
Pomp. 19_{13}	magnas permulti res amiserunt H	res magnas perm. am. cett.
V. II 79_9	paternas haberet arationes	pat. arationes haberet O.

Quod in cod. T legitur: aeternum videam esse bellum susceptum; ... librarius huius sententiae sensum non recte videtur cognovisse, quem illud susceptum adiectivum habuisse verisimile est. Ut librarii igitur codicis B et W verbum bellum ad aeternum referunt collocatione illius videam commutata, ita librarius cod. T falso scripsit esse bellum susceptum. — Ex hoc quoque loco cognosci potest, quam facile in transcribendo librarii peccent, si quando ordo genuinus a collocatione usitata aliqua ex parte abhorret.

Nonnumquam quidem librarii simplicem infinitivi perf. pass. ordinem disturbant, ut his ex locis apparet:

Caec. 102_7	qui huic civitatem ademptam esse dicat.	qui huic adempt. civ. e. ... T
Cl. 53_{12}	Scamandro insidias factas esse per ... Σa	Sc. factas ins. esse ...

Participium igitur illi verbo falso apponitur, ad quod pertinet; similiter locis his:

V. III 150_{23}	.. quaestum putamus factum esse per eum	esse factum per .. q
Caec. 29_1	adductum esse pretio E	adductum pretio esse
C. I 4_{21}	confestim te interfectum esse, Catilina, conv. ah	confestim[1]) interf. te esse βγ

In V. III 119_{19} codices (et Peterson) praebent: ... intelleget secum actum esse pessime, istum autem ... O quidem exhibet: intelleget secum esse pactum pessime, istum autem ... Quem ad locum Peterson haec addit (Am. J. of phil. 1907, p. 145): ... O here has pactum: it may almost seem as if the writer had thought of inverting pessime actum, but stopped short in the process. Concedo, alioquin adverbia a Cicerone suo iure in exeunte enuntiato posita a librariis transponuntur, cf.:

[1] Cf. quae dicenda erunt de adverbiis collocandis.

Cael. 7_6	Tecum Atratine, agam lenius, . . . Pπδ	lenius agam Σ
Pomp. 54_1	Quae civitas umquam fuit antea, . . . H	antea umquam fuit
Ph. II 77_{24}	erat enim scripta amatorie, . . . V Gell.	erat enim am. scripta . . .
V. II 72_{18}	qui adfuerant antea . . .	qui antea adf. O

Quod si ita fuit, veri est simillimum librarium codicis O iam in exemplari suo invenisse collocationem: secum esse actum pessime, . . . exarans autem paene est lapsus, cum inconsulto, ut ecquidem puto, verba in mente sua eo modo disposuit, quem menti humanae esse accommodatiorem nemo neget: *esse pessime actum, . . . Illo esse p iam scripto librarius rationem exemplaris reddit, addit igitur: actum pessime. Quae cum ita sint, hoc loco librarius cod. O fuisse diligentior in depingendo videtur. Neque habeo, cur ordinem illum: secum esse actum pessime, istum autem . . . reiciam. Illa collocatione ipsa probata illud secum, quod opponitur verbo istum, bene effertur.

In Verr. II 114_{16} praebent codd. collocationes has:

V: si tu absolutus sis, se eversas funditus esse arbitrantur.	
CO (Pet.):	se funditus eversas esse arb.
p rell. (om. se)	funditus eversas esse arb.

Quem ad locum Peterson haec dicit (Am. J. of phil. 1905, p. 422): If the collocation is wrong in V (which would be a difficult hypothesis were it not for the divergence of CO) it would be easy to suppose that se dropped out between funditus and eversas, and that the true reading is funditus se eversas . . . — Nonne eodem fere iure haec dicere possumus: Iam in exemplari codicis p idem verborum ordo legebatur, quem nunc in V solo invenimus: . . . absolutus sis, se eversas funditus . . . Qua in collocatione depingenda item illud se facile omitti potuisse nemo neget. Quod autem librarius in transcribendo sec. ordinem usitatum adverbium anteposuit, eodem modo multis aliis locis librarii peccaverunt. Cum plerumque in Ciceronis orationibus inveniatur: funditus everti, funditus eicere, funditus delere etc., librarii illud funditus everti unum enuntiatum sentiebant; si quando peculiarem utriusque verbi ordinem exarabant, inconsulto paene transponebant. Itaque est respiciendum ne diligentiores quidem librarios semper ordines ver-

borum tradidisse omni ex parte integros. Zielinski igitur suo iure in V. IV 76_{25} numeri causa legi mavult: esse parendum decreverunt. Quo loco quod omnes codices exhibent: parendum esse decreverunt..., iam vidimus profecto librarios in inversione describenda facillime peccavisse.

III. De genetivis collocandis.

Sequuntur plerumque genetivi illud verbum, ad quod pertinent:

Cl. 17_{17} ... tamen in iudicio fili de turpitudine parentis dici vix oportere.
Pomp. 14_{21} ..et ubertate agrorum et varietate fructuum et magnitudine pastionis..

Antecedunt genetivi e. g. numeri causa:

Mil. 43_{21} ad illa augusta centuriarum auspicia veniebat? (non: ×a. cent. ven.)
Mil. 58_{6} qui domini caput defendissent. (non: ×... caput domini defend. ...)
Pomp. 69_{4} .. aut de re aut de perficiendi facultate dubitemus. (non: ×d. f. p. dub. ..)
Cl. 68_{9} nec bonorum emptoribus reddidit. (non: ×... e. bonorum reddidit.)

Praeterea in genetivo collocando cuiusdam est momenti gravitas sive genetivi ipsius, sive illius verbi, ad quod pertinet, ut his ex exemplis eluceat:

Mil. 1_{3} magis de rei publicae salute quam de sua perturb ...
Mil. 46_{26} Milo de Clodi reditu unde quaesivit?
(sed cf. 46_{4} Dixit C. Causinius Schola, . . . familiarissimus et idem comes Clodi, . . .)
Mil. 52_{27} profectionis huius diem illi notum, reditum illius huic ignotum f...
Mil. 88_{10} Caesaris potentiam suam esse dic ...
Mil. 68_{22} urbs . . . sine Milonis clade numquam esset . . . etc.

Locis modo laudatis genetivus, qui est premendus, anteponitur; postponuntur huiusmodi genetivi in exeunte sententia cf. Mil. 59_{16}: quae sunt habitae nunc in atrio Libertatis.

Pomp. 60_{21} . . . ne quid novi fiat contra exempla atque instituta maiorum.
Cael. 4_{24} est ista quidem nostra existimatio sed iudicium certe parentis.

Restant illi loci tractandi, quibus substantivum, de quo genetivus pendet, cum adiectivo coniungatur:

Mil. 61_{15}	omnem Italiae pubem, cuncta populi R. arma . . .
Mil. 78_{19}	compressa hominum licentia, cupiditatibus confr. . . .
Pomp. 70_{20}	initia illa rerum gestarum magna atque praeclara
Mil. 74_{18}	. . . nullum civile ius, nulli possessionum termini, . . .

(sed cf.: Miloni manendi nulla facultas, exeundi non solum causa, sed etiam necessitas fuit.)

Librarios in eis locis ipsis transcribendis lapsos esse non miramur, quibus Cicero genetivum anteposuit:

Cael. 55_7 1)	L. Luccei Testimonium. T	Testimonium Luccei cett.
V. I 128_7	Cn. Fanni Testimonium] Cn. Faeni test . . . V	test. Cn. Faeni . . . pb
Mur. 18_{22}	neque enim vestrum quemquam fugit . . . Σφχ	quemquam vestr.
Pomp. 17_{19}	cum essem de belli genere dicturus	de genere belli dict. H
Pomp. 64_{24}	sed aliae quoque animi virtutes . . . H	aliae quoquo virt. amimi
C. II 19_{13}	magnas praeterea militum copias, αh	copias militum cett.
Caec. 11_{21}	cum uteretur uxoris dote numerata TE	dote uxoris num.
Caec. 88_5	verborum vim necessario similitudine rerum . . TE	vim verborum . . .
Pis. 1_8	quae sit hominum querela frontis tuae?	querela hominum E
Pis. 73_6	poetarum more tum locutus V	more poetarum
Marc. 15_8	tam iniustus rerum existimator	tam i. exist. rerum β
Dei. 2_{15}	in capitis discrimen adduxerit αβ	in discrimen capitis
V. III 44_1	ad Siciliae civitates O . . .	ad civitates Siciliae V
S. 34_8	animi virtute superaret,	virtute animi superarĕt; e
S. 59_{17}	Illud erat hominum genus horribile T	genus hominum horr. . . .
Pl. 80_9	Quae potest esse vitae iucunditas . . TE	iucunditas vitae
V. II 92_8	absentis nomen deferre Op . . .	nomen absentis b . . .
V. III 14_4	videte nunc maiorum sapientiam, . . .	sapientiam maiorum . . . O
V. II 81_3	senatus consultis reprehensum	consultis senatus repr. O
Ph. II 91_{31}	praeclara senatus consulta, . . .	praecl. consulta senatus cod. Gud.
V. V 59_2	provinciae spolia	spolia provinciae SG_2
V. V 109_6	patris lacrimae . . .	lacrimae patris SΨ
S. 82_{24}	ad testandam omnium memoriam TE	ad test. mem. om.
Pl. 87_{28}	consulum nomine hostes	nomine consulum h. T
Cael. 72_{15}	proprium quaestionis crimen Pπδ	pr. cr. quaestionis ΣA

1) Papyrus nuper inventus (cf. Oxyr. Pap. 1914) item L. [L] ucci testim [onium] .praebet.

Maxime sunt idonei qui laudentur, loci hi[1]):

V. V 131_{27} me culpae fortunam adsignare, V culpam fortunae ... RSpδ
Ph. XIV 12_{12} ducibus supplicationum honorem .. b. supplicationem honorum o[t]
Pl. 27_{3} Vitia ... Cn. Planci res eae ... tegere pot. T E res hae Cn. Planci ...

Nonne his ex locis apparet librarios consuevisse genetivum postpositum legere. Neque scio, an huc pertineant loci hi:

Balb. 40_{20} immortalis memoriae gloria P .. imm. memoria et gloria H G E b k et Pet.
V. II 124_{19} ex veterum numero ... vulg. (? cf. Halm. ... ad p. 214_{13}) } ... ex vetere numero codd. (Pet.)
Cl. $84_{2/9}$ ad conciliationis gratiam. α a ad conciliationem gratiae. M μ Clark

In Ph. III 3_{13} ... cod. V hanc verborum collocationem praebet: ... patrimonium ... suum effudit: quamquam non sum usus eo verbo quo debui; non enim effudit: īn rĕ[i] pū́blĭcā́[e] sălū́tĕ cṓnlŏcā́vĭt. Cuius ordinis numerus cadit pessime. Itaque Zielinski praefert collocationem illam a D prolatam: ... in salute rei pūblĭcāe cōnlŏcāvĭ̄t. Est autem respiciendum in D ante in verbum sed additum esse, quod hoc loco ferri vix possit. Consulto igitur in D lectio depravata videtur. Itaque facile fieri poterat, ut genetivus quoque falso postponeretur, quoniam alioquin librarii iis locis peccant, quibus inter praepositionem et casum, qui pendet ex praepositione, verbum aliud legitur: cf. Dei. 2_{15}, V. III 44_{1} ... Itaque librarius codicis V quoque scripsit: in re publica ... quae discrepantia exoriri vix potuit, si librarius in exemplari suo invenisset: in salute rei publicae ..., transposuisset autem genetivum. Collocatio illa in rei publicae salute ... est igitur, in quam recedat ordo et a V et a D traditus. Cum ordo ille: non enim effudit: in rei publicae salute conlocavit. naturae huius sententiae optime respondeat, Clarkio assentiar, qui ordinem a D prolatum repudiavit, quamquam putem verbum aliquod fortasse inter illud salute et conlocavit scriptum excidisse, quo servato numerus huius sententiae corrigatur.

In Pomp. 40_{26} verba maxime premenda sunt haec: non — nobilitas — cognitionem quae probato illo ordine: non urbis nobilitas

---

1) cf. Plinii epp. ed. Kukula: ad p. 35_{23} codd.: principiorum libri ... edd. vetustt.: principia librorum

ad cognitionem . . . (H) optime mihi disponi videntur. Clark quidem sec. cett. codd. recepit: non nobilitas urbis . . . sed conferas illud quod
↙ ↘ ↘
sequitur enuntiatum: non denique labor ipse ad quietem . . .

Recte facit Peterson, quod in V. I 71_{22} sec. D *Ψ* probat collocationem hanc inusitatam: . . . qui tum in Asia militum tribunus fuit, . . . cum pbc genetivo transposito falso exhibeant: tribunus militum fuit, . . .

In V. V 136_{13} Peterson recte sec. RS. . . . haec scripsit: . . archipiratam ab oculis omnium removisti, . . . quem ordinem cum librarius codicis p ex suo archetypo exarare vellet, aberravit propter litterarum similitudinem in l. 9 (per trien**nium** remisisti, . . .) exhibuit igitur transposito illo omnium — alioquin formae verbi omnis a librariis falso quam maxime anteponuntur — lectionem hanc: ab omnium oculis remisisti . . . Anteponitur igitur hoc loco genetivus falso; cuiusmodi discrepantias perraro invenimus; cf.:

Pl. 87_2 . . . non luctum . . . sed indicia luctus ademerint	TE	. . . luctus ind. ad.
Pl. 93_5 . . . de utilitate rei publicae, . . .	TE	de rei publicae ut., . . .

Suo iure Peterson in V. V 126_{16} collocationem a R S *Ψ* prolatam recepit: Facilis est populi causa, . . . Sensu quidem huius sententiae poscatur ordo hic a p traditus: Facilis est causa populi; . . . Quam collocationem si probes, numerus melius non cadit. An legendum sit: Facilis est populi causa Romani; levem enim . . .? In cod. V enim invenimus: Facilis est causa. P. R. Hanc quidem discrepantiam ex illo antecedente: Ad populum Romanum confugient. exortam possis explicare.

In V. III 202_7 genuina est collocatio haec: . . . det pro singulis modiis tritici ternos denarios (VcO, Pet.) quae a dett. codd. commutatur in: pro singulis tritici modiis. Quid? Hoc igitur loco genetivus a librariis falso anteponitur? Sane quidem Cicero semper fere tritici modius . . . dicit, quam consuetudinem, qui primus ordinem huius loci depravavit non videtur ignorasse. Dicit igitur Cicero: V. III 189_{27} pro tritici modiis singulis . . . V. III 76_{10} tritici modium $\overline{XXV}$DCCC 76_{13} tritici modium $\overline{XXI}$ etc. Quibus locis numerus sequitur, sed. cf. hos: V. III 86_{16} $\overline{XII}$ mod. tritici 106_5 trecenta milia mod. tritici . . . 107_{17} CCC milia mod. tritici . . . 116_{16} ad $\overline{CCCLX}$ mod. tritici.

His locis numerus antecedit, altera autem determinatio (tritici!) sequitur illo modium interposito. Dicit igitur Cicero aut: pro singulis modiis tritici ... aut pro tritici modiis singulis ... Cui rationi obstare videtur V. III 170_{26}, quo loco Peterson sec. V scribit: ... cum sexagena milia tritici modium imperavisset, pro tritico nummos abstulit, ... In cett. codd. inepte transponitur: sexagena tritici milia modium imp. ... Exspectemus collocationem aliis locis a Cicerone adhibitam: sexagena milia modium tritici imp. Sed illud tritici et verbum imperavisset ipsum quadam sunt gravitate: imperavit Verres sexagena milia modium tritici, abstulit nummos. Itaque ordine illo probato: ... tritici modium imperav. ... optime seiunguntur tritici et imperavisset.

Ad V. III 202_{7} loci hi sunt conferendi, quibus Cicero suo iure genetivum partitivum postponit:

Caec. 12_{8}	... grande pontus auri] partem maiorem bonorum TE	p. bon. mai. ..
V. III 117_{26}	CCXVI decumas agri Leontini vendidisti, ...	CCXVI agri L. dec... O
Pomp. 11_{2}	tot milibus civium Romanorum HE	tot civ. Rom. milibus ...

Vix explicari potest, cur his locis paucis librarii quidam simplicem verborum ordinem disturbent genetivo transposito. Haud scio an illi loci similes in ordine commutando fuerint cuiusdam momenti, quibus Cicero ipse genetivum partitivum suo iure interponit:

dom. 56_{11}	... quid? illa tot virorum fortissimorum milia, quid? ...
Vat. 31_{17}	... Cum tot hominum milia accumberent. ..,
V. IV 54_{11}	Eos concludit, magnam hominum multitudinem. etc. ...

Videmus igitur librarios in verbis transponendis non semper simpliciorem ordinem praetulisse. Interdum intellegere vix possumus, quibus causis commotus librarius peculiarem collocationem exhibuerit. Plerumque quidem enucleari poterit, quibus in verborum conexibus depingendis librarii facillime peccare soleant. Itaque dici potest in genetivo collocando librarios praecipue esse lapsos, si genetivus inter substantivum et adiectivum aut ante substantivum legebatur, qui a librariis inconsulto, ut puto, plerumque postponi solebat.

Nonnulli genetivi in enuntiatis bipartitis, ut ita dicam, leguntur, quos in seq. commemorabo, cum

agam. Quibus in enuntiatis collocandis eandem rationem, qua Cicero gravia verba segregat levibus interpositis, brevi intellegemus. Sed statim exempla afferam:

Pis. 49_8	pretio mei capitis periculoque PV	mei capitis pretio periculoque
Pomp. 6_{11}	et ipsorum causa et rei publicae H	ipsorum et rei p. causa Et
Cl. 81_{26}	multitudinem criminum et atrocitatem Σa	mult. et atroc. criminum Mμ
Cl. 95_{22}	clarissimi viri atque amplissimi Σa	clar. atque ampl. viri
[Ph. III 38_{21}	optimorum virorum (om. vir. Clark et V) et fortissimorum . . . c	opt. et fort. vir. lnt]
A. pr. 28_{11}	pro innocente homine et propinquo	pro hom. innoc. et pr. πb
V. II 173_{20}	contra caput suum aut existim. CO[1]	contra suum c. aut . . .
Pl. 28_{26}	legationem suam et mandata PTE c[1]	leg. et mand. sua
Cl. 137_{19}	totam quaestionem illam et legem Σa	totam illam leg. et quaest.
C. II 19_{18}	consules se aut dictatores αh	se consules aut dict . . .
V. III 110_{20}	Leontina civitas me atque legatio π . . .	me Leont. civ. atque . . . O
Caec. 78_{23}	purum te liquidumque haurire . . . TE	purum liquidumque te . . .
Cl. 160_{14}	fingenda esse sibi et proferenda a (Σ?)	sibi fingenda esse et prof.
Dei. 11_{26}	legati ad eum litteraeque . . . α	ad eum legati litteraeque
Dom. 75_{31}	redditam sibi ac restitutam P . . .	sibi redditam ac rest. GMe

Habemus igitur duo verba gravia, plerumque substantiva illo que, et . . . coniuncta, quae verbo levi aliquo sive pronomine (me, te, se, suum, ad eum, . . .) sive substantivo segregantur. Ciceronem non solum gravitatis causa, quae singulis enuntiati verbis inest, hac peculiari collocatione uti, sed etiam numeri ex S. 78_{11} dilucide evadet, quo loco T solus recte praebet haec: Quaestiones nobis servorum accusator et tormentā mĭnĭtātŭr. in cett. manuscriptis verborum ordo restituitur, quem ipsum Cicero peculiari huius loci collocatione cavet: Quaestiones nobis servorum et tormenta accusatōr mĭnĭtātŭr.

Idoneus, quo ratio a librariis in huiusmodi locis collocandis adhibita demonstretur, Pl. 26_{25} est, ubi Baiter recte correxit: votis ominibus lacrimisque prosecuti sunt, . . . codices TE quidem praebent: votis omnibus lacrimisque neque miramur, quod haec collocatio in cett. codd. commutari pergit: lacrimis votisque omnibus . . .

In Cat. I 29_{11} collocatio genuina fuit haec: ... si summi viri et clarissimi cives Saturnini sanguine ... (βγ) sed in CA legimus: si summi et cl. viri civis S ... quam ad collocationem recedunt, quae cett. manuscripta praebent: Vh: summi et cl. v. cives Sat.
a: summi et cl. viri Sat ...

In codd. CA igitur et civis ad Saturnini et illud clarissimi ad viri referri manifestum est, atque ut aliis locis substantivum inter adiectiva positum a librariis aut anteponi aut postponi falso solet, ita hoc quoque loco adiectiva summi ... et clarissimi componuntur.

Similia in V. II 34_{16} invenimus, quo loco genuinus ordo est: Selecti ex conventu et propositi ex negotiatoribus iudices nulli, ... O praebet: Selecti ex conventu aut ex negotiatoribus propositi iudices nulli ... Vix puto librarium verbis huius loci transponendis id spectavisse, ut chiasmus quidam exoriretur, ut Peterson dicit (Am. J. of Phil. 1907, p. 125) Concedo librarium codicis O ipsum interdum consulto ordinem verborum commutavisse, neque tamen eo puto consilio, ut chiasmos etc. inferret. Quos si librarius praebere voluisset, permultis ei locis occasio esset data. Sed numquam fere hanc figuram verbis transpositis exortam videmus. Neque in V. III 162_{28} verborum transpositionem ad chiasmum quendam efficiendum spectare iam dixi. Itaque hoc loco librarius codicis O verborum ordinem sive consulto sive inscius commutavit, quod ei enuntiatum illud seligere ex usitatius erat, quam illud proponere ex ...

Consulto sane librarius cod. O in V. III 124_4 verba transposuit, ubi genuinus ordo est hic: Quia desertas arationes, inanis agros, provinciam miseram perditamque offendisti. Illud igitur -que pertinet ad miseram — perditam. Librarius codicis O autem transponit: ... inanis agros, perditamque provinciam miseram ... Itaque coniunguntur prima illa duo membra huius sententiae cum tertio, praeterea illo perditamque transposito ita ante provinciam adiectivum legitur, ut ante arationes et agros. Sed suo iure Cicero hoc loco, quo non tam adiectiva quadam sunt auctoritate, quam substantivum ipsum, non adiectivis substantivum circumcludit.

Alia mihi res videtur esse de Pomp. 6_8, quo loco Clark melioris quidem numeri causa sec. codd. plerosque scribit: pro qua multa maiores vestri magna et gravia bĕllă gessērŭnt. Sed cod. H

exhibet: ... magna bella et gravia gesserunt. Qua collocatione servata vis adiectivorum paulatim aucta (multa — magna — gravia) magis efferri videtur. Alioquin Ciceronem hoc modo adjectiva ponere ex his quoque locis appareat:

V. III 182_{9} quos constat sanctissimos homines atque innoc. fuisse.
Mur. 54_{11} ita gravis est accusator et vehemens ....
Mur. 75_{11} vir eruditus apud patres nostros et honestus homo et nobilis.
Cat. I 33_{1} proficiscere ad impium bellum ac nefarium.
Mur. 19_{12} Magna laus et grata hominibus ...
Caec. 33_{13} nec ... quicquam tam infestum est quam convocati hom. et armati.

Haud scio, an qui primus ... et gravia bella gesserunt scripsit, item bellum gerere quasi unum enuntiatum putaverit[1]. Itaque genuinus huius loci ordo mihi videtur hic: ... magna bella et gravia gesserunt.

Quod in Pomp. 45_{20} collocationem illam ab H π prolatam opes hostium animique ... repudiavit, Clark recte fecit. Hoc enim loco illud hostium verbo socii opponitur, qua de causa in ineunte enuntiato est legendum: cum socii pertimuissent, hostium opes animique crevissent ... Item in Fl. 36_{8} a librario codicis c genetivus falso postponitur: nec enim Acmonensium testimonia vita Flacci et dignitas nititur. Assentiemur Clarkio, qui sec. cett. codd. recepit: nec enim Acmonensium testimonio Flacci vita et ...

In Cl. 111_{10} Clark codicibus Σa nimiam attribuit auctoritatem, quod in editione sua praebet: ut non solum mores et arrogantiam eius sed etiam voltum atque amictum ... Nonne hoc loco ipso multo melius quadrant, quae M μ praebent: ... non solum mores eius et arrogantiam ...? cf.:

S. 132_{3} cuius corpore ambusto vitam eius et virtutem immort. excepisse dicatur.
V. I 93_{14} ... et mater eius atque avia, ...
V. IV 94_{25} ... rictum eius ac mentum ...
V. I 20_{18} ... amicis istius ac defensoribus ...
V. V 164_{25} ... municipes illius ac necessarios ...

Item in Pomp. 57_{19} sec. dett. codd. legi malim: an ipse ... expers esse debet ... cuius exercitus qui consilio ipsius ac periculo est constitutus?

---

[1] cf. quae de mentionem facere ... dicta sunt (p. 32).

In S. 59_{18} Clark ordinem hunc a T prolatum servat: ...qui tanto amore . . . possessiones ... tenebant ut ab eis membra citius divelli ac distrahi posse diceres. Ne hoc quidem loco genuinus ordo a praestantiore codice mihi conservari videtur. Mea quidem sententia melius collocatio a cett. codd. tradita quadrat: divelli citius ac distrahi. Alioquin verba velut citius, potius... verbis gravibus, ad quae pertinent, saepe postponuntur[1]):

Ph. VI 4_6 ...ut mulieri citius avarissimae paruerit quam senatui...
Mur. 57_7 qui alienam potius iniuriam quam suam persequatur.
V. 39_{13} ...praeturam potius exoptes quam mortem...

Nonne in V. III 140_{16} denique collocationem a dett. codd. prolatam praeferamus: HS$\overline{\text{V}}$ mercedis nomine ac praemi dare.? (Pet. sec. V: mercedis ac praemi nomine dare. — om. nomine c O p k) itemque in V. I 103_8[2]): propter brevitatis rationem ac temporis... G_1 (Pet. sec. cett. codd.: propter rationem brevitatis ac temporis... — sed illis locis ipsis, quibus substantivum, de quo genetivus pendet, cum praepositione coniunctum legitur, librarii saepe peccant: cf. Dei. 2_{15}, Ph. III 3_{15}, V. III 44_1, Pomp. 17_{19}, imprimis autem V. III 213_3).

Venio nunc ad eos locos tractandos, quibus enuntiatum disiungitur forma verbi.

In Pl. 30_{23} Clark auctore Garatonio recipit: genere dico et nomine. Servat igitur ordinem quidem a T E prolatum: generis dico et nominis. Cett. autem codices praebent: generis et nominis dico... neque miramur, quod librarii, ut multis iam locis vidimus, formam verbi falso in exeunte enuntiato ponunt. Sed hoc loco utrumque substantivum optime levi dico interposito segregatur.

Nonne idem valet locis his:

		Clark:
Arch. 25_{21}	Sulla cum Hispanos donaret et Gallos, . . . E	. . . Hisp. et G. don. . .
Pl. 93_{28}	. . haec . . officiorum memoriam quaerunt et gratiam T	m. et gr. qu.

Ne Petersonio quidem in tractando V. II 55_{15} assentiar qui vir doctus sec. V praebet: Primo contemnere et neglegere coepit, ... in annotatione autem eius editionis, quam Baiter-Halm curaverunt,

[1]) Sed cf. Ph. XIII 19_{21} quae quidem omnia citius delata quam scripta sunt.
[2]) cf. V. II 105_9 omnis sapientiae ratio omnisque doctrinae.

legimus primam manum codicis O — non O, ut Peterson dicit — exhibere haec: Primo neglegere coepit et contemnere, . . . (p r . . . : neglegere et contemnere coepit, . . .) quam collocationem ecquidem praeferam. Vis enim utriusque infinitivi et auctoritas distat, bene igitur forma verbi interponitur; similes loci sunt hi:

Mil. 25_1 palam agere coepit et aperte dicere
Pis. 29_{23} verbum facere coeperatis aut referre ad sen. . . .

V. De adverbiis collocandis.

Manifestum est rationes omni ex parte satis circumscriptas enucleari vix posse, quibus adverbia in sententiarum conexu disponantur, quoniam adverbia in omnibus fere sententiae locis collocari possunt. Saepe nimirum adverbia formis verbi antecedunt, saepius quidem adverbia in conexu sententiae quam maxime anteponuntur. Adverbia, quae magis sunt premenda, interdum in exeunte sententia vel colo vel enuntiato legimus. Librariis iis locis ipsis saepe peccaverunt, ut his ex exemplis eluceat:

Cael. 7_5	Tecum, Atratine, agam lenius, . . . Pπδ	lenius agam, . . . Σ
Cl. 176_{15}	Post mortem eius Sassia moliri statim, nef. mulier, coepit . . . Σa	statim m. Mμ
Mil. 26_5	Etenim dictitabat palam . . . E	palam dictit. Tδ
Mil. 83_9	Est, est illa vis profecto, . . . HΣ	profecto illa vis, . . .
C. III 29_{11}	Illud perficiam profecto, . . .	Illud profecto perficiam, β.
Pomp. 54_1	Quae civitas umquam fuit antea, H	antea umquam fuit, . . .
Ph. II 77_{24}	— erat enim scripta amatorie — Vet Gell.	am. scripta — D
V. II 72_{18}	qui adfuerant antea . . .	qui antea adfuerant . . . O

Falso igitur a librariis adverbium anteponitur, neque scio an V. IV 39_6 ad locos modo laudatos pertineat, ubi p¹ praebet: . . . erepta sibi vasa facta dicebat optime, . . . in p² qr legimus: . . . facta optime dicebat, . . . Quod autem RH . . . exhibent: optime facta dicebat, fieri possit, ut in verbis transponendis illud optime factum, quod antecedit (cf. l. 2) cuiusdam fuerit momenti.

In V. II 155_{21} primo obtutu apparet librarium codicis V adverbium falso postposuisse. Itaque Peterson recte facit, quod sec. cett. codd. scribit: si te publice laudarent, . . . (V: si te laudarent publice, . .)

Interdum Cicero verba, quae ad se pertinent adverbio interposito seiungit, cf.:

Har. resp. 25_{17} Atque in apium fortasse examine
Pis. 79_{16} ... propter nimiam fortasse constantiae cupiditatem ...
V. II 14_{23} ... tota denique Sicilia ... etc.

Quibus locis adverbium, plerumque ipsum leve, verbo gravi apponitur. Neque semper verbum grave antecedere adverbio interpositio ex dom. 41_{28} evadet: Hora fortasse sexta diei questus sum ... Hora nona ... Certe hoc loco non tam illud hora quam verbum sexta est premendum, exspectemus igitur: *Sexta fortasse hora diei ... Est autem respiciendum Ciceronem verbum hora, si punctum temporis dicitur, numquam ordinalibus postponere[1]. Itaque semper invenimus:

S. R. 19_{13} post horam primam noctis ... Qu. 25_{9} ... adsint hora secunda ...
Mil. 29_{1} hora fere undecima ... Ph. II 77_{18} hora diei decima ...
(sed. cf. S. R. 19_{14} ... decem horis nocturnis ... V. I 156 tribus horis)

Facile nimirum fieri potuit, ut librarii eis locis, quibus Cicero suo iure adverbiis interiectis verba, quae ad se pertinebant, segregaverat, illa verba falso componerent. Itaque has invenimus discrepantias:

Mil. 69_{1}	... inlucescet ille aliquando dies, HΣ	aliquando ille dies
Pomp. 31_{27}	maria denique omnia H	denique maria omnia ...
Agr. II 19_{18}	quod populi semper propium fuit ...	... quod pop. prop. semper ... n
Pis. 80_{10}	sibi aliquando amicior quam mihi. $P\chi^2$	... aliqu. sibi amicior ...
S. 1_{11}	notam quondam omnibus Te	notam omnibus quondam ...
S. 35_{11}	si a me forte desciveris T ...	si forte a me desciveris eπ
S. 40_{18}	nec vero possum meo tantum ingenio dare ...	tantum meo ing. e
V. III 64_{22}	tot hominum antea furta rapinas ...	tot hom. furta antea ... O
V. III 68_{21}	cum ille magno praesertim emisset ... V ...	praes. magno em. O
V. III 86_{11}	quantum omnino frumenti VO	... quantum frumenti omn.
V. IV 7_{16}	Nihil habere cuiquam praeterea licebit VRπ	praet. cuiq. lic. SDΨ
Sest. 31_{14}	ne quis forte vestrum miretur ...	... quis vestrum forte ... Schol.
S. R. 93_{1}	Age nunc ceteras quoque facult. edd. GR Garat.	.. quoque cet. fac. codd.

---

[1]) Cui rationi obstare videtur Pis. 13_{16} quo loco codd. exhibent: cum ad te quinta fere hora ... venissem ... Sed hic quoque Arusianus (VII 491) praebet illo fere omisso: hora. V.

Q. R. 28_4	mihi quoque necesse est ... k Nang.	quoque mihi nec. est codd.
Caec. 13_{14}	versabatur eo quoque tempore PTE	vers. quoque eo temp.
V. III 199_{20}	quamquam illi quoque homines sunt ... V	{ illi quoque sunt p ... illi homines qu. sunt O
V. III 118_{25}	fiunt ... HS fortasse D milia ... p ...	HS D milia fortasse O
V. II 11_{10}	saluti potius eorum consulam quam voluntati	saluti eorum p. bδ
Pl. 12_2	ad eum potius detuli ... quam ad eum TE	potius ad eum detuli ...
S. 9_{18}	mihi magis proprium quam ceteris Tb^1	magis mihi proprium ...

Similiter locis his simplicior verborum collocatio a librariis falso restituitur:

S. 22_{24}	id quod tibi necesse minime fuit, ... T ...	minime tibi necesse fuit
V. I 68_{10}	Postridie homines mane in contionem ven. D ..	Postridie mane hom... prb
V. II 174_{26}	possumne magis rem iudicatam adferre C O p ..	rem magis iud. b edd.
Agr. II 76_7	De commodo prius vestro dicam, .. deinde ..	De com. vestro prius EN

In Caec. 86_{28} genuinus est ordo hic: Attendite, quaeso, diligenter, recuperatores (TE). Librarii autem transponunt: Attendite diligenter, quaeso ... Falso igitur adverbium et verbum componuntur, quam rationem aliis quoque locis invenimus:

Mil. 8_6	a .. tribuno .. seditiose in contione interrogaretur ..	in c. sed. interr. Tδ
Agr. II 90_{15}	qui ante omnia commutarent ...	quo omnia ante comm. E
Fl. 45_2	Temni postea nemo videt. V Schol.	nemo postea vidit.
S. 55_3	.. res omni tempore per B... administrata est. T	.. omni t. admin. est ..
Pl. 60_6	ut is maxime gloria excellat, qui virtute ... TE	gloria max. exc.
V. II 89_3	Eum autem statim .. domum suam invitant..	..suam statim inv. b δ edd.
V. III 71_{27}	qui diligentissime pretia exquisisti	qui pretia dilig. ex. O
V. IV 90_2	Dedit igitur tibi nunc R	Dedit nunc igitur tibi S
Marc. 25_{12}	Clark: satis te vixisse] satis te tibi vixisse α	{ (tibi satis te vix. cett.) .. tibi te satis vix. E
Qu. 45_{25}	ego autem tibi satis non dabo. Σ b^1	... non satis dabo ...
V. II 94_{29}	palam de sella ac tribunali pronuntiat	palam pron. de sella ... O
Pomp. 37_{27}	qui ante de se voluerit confiteri	...qui ante voluerit de se...t

Sunt quidem loci, qui rationi modo prolatae obstent e. g. Agr. II 24_{10}, ubi Clark recte recepit ordinem hunc: ...dixi, regnum comparari, libertatem vestram hac lege funditus tolli. Librarius autem codicis E transponit: funditus libertatem v.... quae collocatio hoc loco teneri non potest. Anteponit igitur falso librarius ad-

verbium quam maxime, quae ratio nobis occurrit aliis quoque locis his:

Mil. 87_{25}	pecunia se a iudicibus palam redemerat, . .	pec. pal. se a iud. red. HΣ
Ph. V 14_{1}	qui periculum fortunae cotidie facit. V	cot. per. f. . . D (cf. Ziel. p. 802)
Cl. 160_{16}	ut existimetis me necessario de his . . Σa	necessario me . . .
V. II 156_{25}	Confitendum igitur est tibi necessario Siculos . . .	necess. tibi . . . O
Mil. 67_{6}	magna in hoc certe vis et	certe in hoc vis. E
Pomp. 19_{12}	id quidem certe calamitate . . . W δ	certe id quidem
Pis. 78_{7}	me posse rem publicam iterum servare P	iterum rem p. serv.
A. pr. 25_{7}	Siculos in eo sane liberos fuisse	sane in eo liberos . . b δ
S. 25_{9}	populi utilitati magis . . . quam voluntati	magis util . . . e
V. III 117_{30}	Etenim decumae saepe tanti venierunt,	saepe decumae O
Dei. 22_{5} [1])	. . una regem in speculis semper fuisse, . . altera . . αh	semper in spec. f. β
Sest. 30_{1}	illis erat tum reditus P B Σ	illis tum erat red. b² ed. R.
Caec. 53_{1}	. . . verbis hoc satis erat cautum? . . . TE	v. satis hoc cautum erat . . .

Iam vidimus librariis interdum illos locos offensioni fuisse, quibus adverbia a Cicerone in exeunte sententia vel enuntiato ponuntur. Neque illi quidem loci interdum integri traduntur, quibus adverbia e conexu sane sententiae elata primo loco leguntur, ubi a librariis simplicior saepe ordo restituitur:

Pis. 68_{10}	homo, vere ut dicam, . . . humanus	ut vere dicam V
Fl. 40_{9}	. . . hic Dorylensis nuper cum efferretur . . . Vχc	cum nuper eff. bk

[Pertinent huc similes loci hi, quos occasione data afferam:

Caec. 68_{10}	Nam hoc qui disputant, . . . T	qui hoc disputant . . .
V. III 47_{11}	. . . ex maxima parte ut non solum . . .	ut ex max. parte . . . O
V. II 77_{10}	ex hoc iudicio si aliqua vi . . .	si ex hoc iudicio . . . O
Mil. 79_{7}	Milonem ut absolvatis, H	ut Mil. absolvatis
V. II 156_{6}	Etenim ille cum propter . . . V . . .	cum ille . . . q

Quae cum ita sint, dubito Clarkio (Pet.) assentiri in his locis tractandis:

		Peterson (Clark)
V. II 142_{21}	— hoc si a vobis erit comprobatum — V	si hoc a vobis . . .
Pl. 83_{12}	Deridebor, . . . tu cum id praedixeris T	cum tu id praed.
Ph. II 35_{2}	Quamquam illud fuit tu ut dicebas quidem omnibus bono . . .	illud quidem f. ut tu . . . D illud f. ut tu dic. omn . . . Clark (Reid) i. q. f. ut tum dic. Madvig

---

[1]) In ag transponitur, nescio qua de causa, hoc modo: . . . regem in speculis fuisse semper, . . .

Peterson (Clark)

V. V 120_{23} hoc ne possis dicere, ... pδ — ne hoc posses (-is Pet.) ... RS

Cl. 154_{26} non hoc recus. ea ne lege accusarentur ... bχψ — ne ea lege acc. Σa

V. IV 110_{28} .. dies ille quo ego Hennam cum venissem pδ — cum ego H. ven .. S ..
(librarius codicis R hoc loco primum scripsit: dies ille cum ego Hennam venissem, ... deinde autem pro cum intulit quo. Legimus igitur in R: dies ille quo ego Hennam venissem, ... quae collocatio ad ordinem a pδ traditum propius accedit, quamquam ecquidem legi malim: ˣdies ille, quò, Hennam cum ego ven. ...)

Cl. 27_4 eo ipso die puer, hora undecima cum valens in publico visus esset, ante noctem mortuus et postridie ... a — {cum h. undec. in publ. val. ...}

Mil. 42_{12} non modo quae reprehendi palam sed etiam obscure quae cogitari possunt Twδ — {quae obscure cog. possunt BΣH ..}

S. 35_{18} cum, initio ut dixi, ... (cf. ed. Halm. ad p. 765_{14}) — ut initio dixi Te

Mil. 68_{21} nullo ut evelli modo posset, — ut nullo (Σ) evelli posset modo, H]

Transponuntur igitur facile adverbia, ut repetam, si sec. genuinam collocationem adverbiis simplicior verborum conexus deletur, sive adverbia inter duo verba leguntur, quae ad se pertinent: ille aliquando dies ... sive initio enuntiati posita sunt: vere ut dicam sive in exeunte enuntiato: illud perficiam profecto, ...

Universe dici potest librarios adverbia aut ad formas verbi falso ponere, aut in conexu sententiae quam maxime anteponere. Sane quidem est concedendum utramque rationem saepe inter se repugnare cf. Agr. II 24_{10} quo loco dici potest in cod. E genuinum ordinem nobis praeberi, cum in cett. codd. adverbium funditus falso verbo tolli apponatur. Sed locis huiusmodi dubiis sensu demum totius sententiae cognito disceptare possumus.

Nonnullis de locis separatim est agendum:

Clark:

Cael. 69_{16} est enim ab aliquo fortasse adulescente non tam ... Pπδ — ab aliquo‿ad. fort. Σ

Concedo bene quadrare illud fortasse relatum ad verba non tam insulso, quamquam ecquidem tum exspectem ordinem hunc: ˣnon tam insulso fortasse quam inverecundo ... Sed scimus adverbia inter verba, quae ad se pertinent, posita saepe a librariis transponi. Itaque hoc quoque loco fortasse in Σ transpositum videtur. Mea

quidem sententia fieri potest ut, ordine illo ab aliquo fortasse adulescente probato, illud ab aliquo verbo fortasse, quod sequitur, magis efferatur. Cicero: Certe, inquit, a Caelio quidem non est factum; est enim ab aliquo, nescio quo, adulescente — non tam insulso quam inverecundo. Similiter disceptem in:

		Clark
Cl. 80_{27}	hoc potius tempore quam illo Mμ	hoc tempore potius . . . Σa
cf. V. II 58_{2}	et tuae potius existimationi . . . quam suae.	
V. II 155_{21}	more potius suo quam merito tuo . . .	
Sest. 14_{16}	huius potius tempori serviam quam dolori meo.	
Mur. 57	alienam potius iniuriam quam suam . . .	

Omnino persaepe invenimus adverbium potius verbis gravibus postponi. Quod in Balb. 18_{17} legimus: . . . non intellego cur potius invidia violatura . . . quam aequitas . . . adiutura videatur. sane illud potius verbo gravi (invidia) antecedere videtur; est autem respiciendum illud cur etiam aliqua esse gravitate; cf. quoque:

Q. R. 2_{11}	Cur potius illius quam huius credetur?
Q. R. 51_{22}	. . . cur potius HS ccciↃↃↃ quam . . .
Ph. II 72_{17}	A me C. Caesar pecuniam? cur potius quam ego ab illo?
Div. 5_{25}	. . . accusatio mea non potius accus. quam defensio est . . .

Itaque Clark in Cl. 174_{20} recte sec. Σa scripsit: si esset . . ., tamen potius ad alios quam ad Habitum pertineret. Quod autem cett. codd. exhibent: tamen ad alios potius quam . . . scimus alioquin verbum alius a librariis falso anteponi cf. V. I 115_{11}:

Cognoscite hominis aliud . . . edictum . . . π	Cognoscite aliud hominis . . . bδ

Cum hoc igitur loco Cicero illo potius anteposito verbum tamen et ad alios segreget, non video, cur in Div. 23_{9} adverbium anteponatur, quo loco Peterson iniuria, ut puto, collocationem a D . . . traditam servat, cum scribit: . . . ut absolvatur non peto; sed ut potius ab hoc quam ab illo accusetur, id peto. Ecquidem teneam ordinem a p(rδ) prolatum hunc: ut ab hoc potius quam ab illo . . . cum probo, quae Peterson ipse dicit (Praef. ed. Verr.): . . . dignus erat (sc. cod. p) quem maiore in pretio haberent editores; nam saeculo undecimo exaratus est, et quamquam multas correctiones pertulit: non est tamen inter deteriores adnumerandus. — Confer ceterum ad hanc

verborum transpositionem Pl. 12_2 ad eum potius detuli ... quam ad eum ... TE (cett.: potius ad eum ...)

V. II $190_{22/23}$ dignus est, qui per se tractetur:

O(V): Si Carpinatius mihi tum respondere noluit, responde tu (tu om. V) mihi nunc Verres, ...

quam collocationem Peterson recte genuinam habet. Sed videamus, quo modo librarii ordinem verborum commutaverint: Quamquam verba Carpinatius — tum opposita illi tu — nunc bene verbo mihi segregantur, tamen in dett. codd. transponitur mihi: Si Carpinatius tum mihi respondere noluit, ... Apponitur igitur pronomen personale ad illud verbum, ad quod re vera pertinet; cf.

C. II 2_2 quae quidem mihi laetari videtur, ... αh ... laetari mihi videtur. cett.

V. V 1_6 multo mihi ante est, iudices, providendum. Rpδ { multo ante est mihi prov. SΨ

V. IV 133_{18} credite hoc mihi, iudices .. R .. credite mihi hoc, iudices .. pG_1

In altera huius sententiae parte eandem invenimus rationem, quod p b ed. Rom. exhibent: ... responde mihi nunc tu, Verres ... Cum autem in manuscripto r, quod responde nunc tu mihi, ... praebet, nihil commutetur, nisi adverbium, ut alioquin saepe, formae verbi apponatur, in p b ed. Rom. verba tu et nunc transponuntur. Itaque illud tu ante vocativum legitur, quam ad rationem[1]) conferendum est:

V. III 157_{26} Neque ego huius fugitivi, iudices, vobis epistulam recitassem, .. V Pet.
Neque ego huius fugitivi vobis, iudices, epistulam ... O

Lig. 18_{10} Quando hoc ex te quisquam, Caesar, audivit ... quisquam ex te, C ... β

Agr. II 65_{12} Committite vos nunc, Quirites, ... Committite nunc vos, Quir. E

C. I 4_{22} confestim te interf. esse Catilina, ... αh { (c. interf. te esse C. ... cett.) conf. interfectum esse te, C .. o

In S. 57_{27} inter codices hae intercedunt discrepantiae:

T: quem in otio semper secum habuisset, ...
a: quem in otio semper habuisset secum,
cett. et Clark: quem in otio secum semper habuisset,

Clarkio assentiar; alioquin enim illud secum ... a librariis falso formis verbi apponitur, ut his ex locis eluceat:

---

[1]) Nonne in V. III 191_{26} teneri potest ordo ille a V prolatus: Quaero abste nunc, Hortensi ...? (cett. et Pet.: Quaero nunc abste, Hortensi ...).

Pl. 10_6 de quo ipso tecum ita contendam paulo post ut . . TE ita tecum cont.

V. II 49_{27} non ita tecum multum fuit; π k . . . ita multum tecum fuit; O, ed. R.

ib. qui si semper una fuisset] { . . . tecum una fuisset, O[1] } . . . una tecum fuisset corr. m. I (cf. l. 25)

V. IV 30_{19} Habuit eos (illos G_2 L) secum R G_1 G_2 L Habuit secum eos dett.

[V. II 77_{16}[1]) habeatis sane istum vobiscum senatorem c (O)[1] hab. s. vobisc. i. sen.]

In Mil. 49_2 tractando Clarkio assentiri nequeo, quo loco TE optimam verborum collocationem tradere mihi videntur hanc: si postridie Romam mane venisset[2]). Ex conexu enim huius sententiae dilucide evadet et illud postridie et verbum mane quadam esse auctoritate. Optime igitur illa verba illo Romam interposito disiunguntur. Quod in H δ legitur: si postridie mane Romam venisset . . . quam collocationem Clark tenet, est respiciendum Ciceronem sane omnibus fere locis postridie mane componere, uno loco excepto, V. I 68_{10} dico. Neque hoc quidem loco codices consentiunt. Cum D. . . . recte praebeant: Postridie homines mane in contionem conveniunt, in p r b legimus usitatiorem ordinem: Postridie mane homines . . . Quasi unum enuntiatum librariis illud postridie mane videbatur, quod eis etiam locis ponebant, quibus sec. genuinum ordinem utrumque verbum alio verbo interposito segregebatur. Itaque hoc loco Clark iniuria ut puto, collocationem ab H δ traditam tenet.

Ut Zielinski, ita Peterson in V. III 152_{11} sec. V legi vult: . . . quid amplius vultis? . . . In O p . . . invenimus: quid vultis amplius? . . . Concedo priore ordine probato numerum melius cadere (V_1) quam altero (L 4). Sed non solum numerus, sed etiam Ciceronis usus loquendi est respiciendus. Dicit autem Cicero semper, in exeunte sententia etiam: . . . quid voltis amplius? . . . quid quaer[it]is amplius? . . . (cf. S. R. 32_{27}, Cl. 82_{12}, Mil. 35_{20}, S. R. 145_{31}, Dom. 41_{26} — V. II 191_7, S. R. 145_{28}). Unus quidem obstat locus: Lig. 18_{18} . . . sicuti est, quid amplius postulatis? ubi Cicero suo sane iure non scripsit: sicuti est, quid postulatis amplius. Sed Cicero, ut numeri causa in V. III 152_{11} . . . quid amplius voltis? dixerit, cur non eandem collocationem e. g. in Mil. 35_{20} praetulit? Scimus autem librarios saepe formas verbi

---

[1]) Certe V. II 52_{16} item pertinet huc:
quo non attuleris istum tecum diem? O . . . attuleris tecum istum diem? cett. et Pet.

[2]) cf. Zielinski, p. 799.

falso in exeunte sententia ponere, scimus adverbia interdum falso formis verbi anteponi, scimus ne codice V quidem collocationem verborum semper integram exhiberi, itaque hoc quoque loco puto legendum esse: quid voltis amplius? . . .

In V. III 79_9 codices haec exhibent: Atque ego nunc eum frumenti numerum et eas publice pecunias . . . datas esse dico; . . . codice O excepto qui praebet: eas pecunias publice. Quam collocationem Peterson tenet, iniuria, ut puto. Est enim respiciendum illum ordinem ipsum eum frumenti numerum et eas publice pecunias . . . bene respondere illi quo illi frumento et quibus pecuniis . . . quod sequitur. Praeterea scimus facilius illud eas publice pecunias commutari potuisse in eas pecunias publice, quam ordinem . . . eas pecunias publice, in . . . eas publice pecunias . . .

VI. De adiectivis collocandis.

De rationibus a Cicerone in adiectivis collocandis adhibitis conferenda sunt, quae Ammann in dissertatione sua dixit[1]).

Quod Cicero in Pomp. 20 de urbe Cyzicenorum agit, quam L. Lucullus liberavit copiis Mithridatis victis, pergit autem hoc modo: Ab eodem imperatore classem magnam et ornatam . . superatam esse . . fieri non potest nimirum, quin hic illud classem adiectivis antecedat. Alia est res de Pomp. 20_6, quo loco collocationem invenimus hanc: . . . omnes intellegant me L. Lucullo tantum impertire laudis quantum forti viro et sapienti homini et magno imperatori debeatur. Hic maxima gravitas in adiectivis inesse mihi videtur, quae anteponuntur, cf. Pomp. 31_6: . . . aut ab omnibus imperatoribus uno anno aut omnibus annis ab uno imperatore confici . . . In V. IV 32_{10} . . . Cicero ita disponit verba: Cum sederem . . . accurit Venerius; iubet me scyphos sigillatos ad praetorem statim adferre . . . De scyphis illis antea audivimus nihil. Quasi novum igitur enuntiatum illud scyphos profertur. Quod cum argumentum, ut ita dicam, huius sententiae sit, anteponitur. Adiectivo sigillatos autem verbum scyphos diligentius tantum circumscribitur et deter-

[1]) „Die Stellungstypen des lateinischen attributiven Adjektivums und ihre Bedeutung für die Psychologie der Wortstellung auf Grund von Ciceros Briefen an Atticus untersucht.“ Straßburg 1911.

minatur; itaque huius modi collocatio sane reddi potest hoc modo: iubet me scyphos — et eos sigillatos — ad ... adferre ... In V. IV 32_{23} legimus haec: ... putasse se ... alicuius preti scyphos esse Pamphili: luteum negotium esse, non dignum ... Hoc quidem loco adiectivum ipsum optime anteponitur, in emphasi enim dicitur, ut addat fortasse Ammann, qui cavet ne verbum aut grave aut leve dicat. Tamen spinosis nimis determinationibus omissis universe dicere possumus in adiectivis collocandis et substantivis esse respiciendum utri verbo maior sit attribuenda auctoritas. Plerumque gravius verbum antecedit, obstant autem huic rationi loci hi, quibus e. g. adiectivum, quamquam est premendum, postpositum legitur in pausa:

Agr. II 94_{24} ... possidetur a plebe et a plebe optima et modestissima;
Q. R. 20_{28} non ab imis unguibus usque ad verticem summum, si ...
Cl. 59_{9} Accusatus est criminibus gravissimis, et eis ...
(sed cf. Cl. 81_{21} Primum gravissimis criminibus accusabam, ...)

Numeri melioris causa grave adiectivum postponitur locis his:

Cl. 82_{8} ... Cluentianae pecuniae vestigium nullum invenitis. (non: *nullum vestigium invenitis)
Ph. I 25_{23} ... bonis tribunis plebi leges malas metuat. (non: *plebi malas leges metuat.)

In Cl. 61_{28} invenimus hunc ordinem verborum: Tum vero illa iudicia ... defensioni locum nullum reliquissent. cum exspectemus: ... defensioni nullum locum rel ... quo ordine probato numerus item cadat bene. Verisimile est hoc loco grave adiectivum postponi, ne illud grave defensioni uno tenore subsequatur. Omnino peculiaris adiectivorum collocatio ex totius conexu sententiae est intellegenda; cf. Sex. 6_{9} ... tribunus plebis primus inter homines nobilissimos temporibus optimis factus esset, (non: *tribunus plebis primus inter honest. hom. opt. temporibus factus esset, ...)

Complura si pertinent adiectiva ad substantivum, substantivum saepe adiectivis circumcluditur; cf. Cl. 44_{20} Suberat alia causa maior quae ...

Cl. 62_{16} relictis iam ceteris argumentis omnibus ...
[Mil. 70 nullis armis datis ... Ph. XIV 24_{17} nullis armis sumptis ...]
Ph. XIV 24_{16} idem contigerat superioribus bellis civilibus ...

Locis modo laudatis maxima gravitas in utroque adiectivo inesse mihi videtur; alia autem est gravitas singulorum verborum locis his:

Pomp. 29_{12} . . . quae tanta sunt in hoc uno quanta in omnibus reliquis imperatoribus . . . non fuerunt

Prov. con. 6_4 omnis Mithridaticos impetus [totumque Pontum armatum . . .]

V. II 35_2 nunc nulla alia calamitate nisi istius avaritia pauperrimus . . . (sed cf. V. II 13 . . . unam solam scitote esse civitatem Mamertinam quae publice legatos qui istum laudarent, miserit . . . Alia civitas nulla . . . publico consilio laudat.)

sen 25_{20} Nam Q. Metellus, et inimicus et frater inimici omnia privata odia deposuit.

His igitur locis alterum adiectivum maxime mihi videtur premendum: in hoc uno] . . . in omnibus **reliquis** imp . . . etc. Imprimis est dignus, qui per se tractetur, Pl. $19_{15/17}$: Tu es e municipio antiquissimo Tusculano, ex quo ˣplurimae sunt familiae consulares, . . . tot ex reliquis municipiis omnibus non sunt, hic est e praefectura Atinati non tam prisca . . . Non miramur, quod priore loco illud municipio adiectivis antecedit: Tu es e municipio . . . hic est e praefectura . . . altero autem loco verbum municipiis nullius fere est momenti, legimus igitur ex reliquis municipiis omnibus . . .

Restant denique illi loci tractandi, quibus Cicero adiectivum a substantivo seiungit:

Sest. 47_7 quorum alterum fugiendum non esse, carere sensu, alterum etiam optandum, meliore esse sensu.

Melius cadat numerus simplici ordine illo adhibito: meliore sensu esse. Sed Cicero cavet, ne illud esse in exeunte sententia ponat; praeterea autem leve illud esse ipsis verbis gravibus postponi solet. Itaque eodem modo substantivum et adiectivum segregatur in Cl. 128_3 . . . potest idem postea et miles esse melior et vir bonus et civis utilis.

Quam ad rationem conferendi sunt loci quoque hi:

S. 71_{10} non solum verbis uti improbissimis . . . verum etiam pugnis et calcibus . . .

Pomp. 23_{18} . . . plures etiam gentes . . . concitatae sunt . . .

Balb. 5_{24} ut nullius in delicti crimen vocaretur.

S. R. 84_1 Causam tu nullam reperiebas in . . .

L. Agr. I 8_{12} omnibus in provinciis, regnis, liberis populis . . .
(verbum provinciis hoc loco illi regnis opponitur, sed cf. V. V 60_{23} . . nec solum in Sicilia, sed in omnibus pronvinciis . .)

V. IV 62_{14} Exornat ample . . . triclinium . . .; exponit ea . . . plurima . . . vasa argentea . . ., omnibus curat rebus instructum et paratum ut sit convivium.

Cl. 54_{25} verbo ille reus erat, re quidem vera . . . Oppianicus.

Numeri rationibus in Dei. 19_{25} substantivi collocatio peculiaris poscitur:

Nullus erat alius insidiandi locus. (non: ×. . . alius locus insidiandi)

In illis ipsis locis transcribendis, quibus Cicero adiectivum a substantivo segregat, librarii saepe peccaverunt. Cuiusmodi nonnullos locos dubios, quamquam occasione data iam laudavi, hoc loco una cum ceteris denuo afferre mihi liceat. Sunt autem hi:

